



# Commentarij in epistolam Pauli ad Romanos,

<https://hdl.handle.net/1874/429546>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**


**More information on this collection is available at:**  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

PI. N. N° 18









169

Biblia et Interpretes


Octavo n°. 169.

Kart 108  
pl. N. 18


7e fasc

II II

Cay 3



N. 29. B.



COM  
MENTARII IN E-  
PISTOLAM PAV-  
LI AD ROMA-  
NOS, RE-  
cens scripti à

PHILIPPO MELAN.

*Ex anno Bucolice*  
ANNO.

M. D. XXXII.

МОЗ

СИДІЛІЧІ  
САЛГІРДЫ  
СІЛДІРДЫ  
СІЛДІРДЫ  
СІЛДІРДЫ  
СІЛДІРДЫ  
СІЛДІРДЫ  
СІЛДІРДЫ

REVERENDISSIMO ET ILLV.  
strissimo Principi ac Domino, D. Alberto Ec-  
clesiae Romanae Cardinali, Principi Electori,  
Archiepisopo Moguntino ac Madeburgensi,  
præfulū germaniæ primitati, Adminis-  
tratori Halberstadiensi, Marchi-  
oni Brandenburgensi, Burg  
grauio Noribera-  
gensii &c.  
S. D.



V M N O N S O  
lū propter summā ge-  
neris tui nobilitatē,  
sed etiam propter ex-  
cellentē sapiētiā tu-  
am, statuerem te sum-  
ma humanitate atq;  
clementia præditū es-  
se, Nam et in genero-  
sis naturis, vel præcipue solet lucere bonitas,  
& nunquam à vera sapientia diuelli huma-  
nitas potest, Sperauit te, Princeps Clarissime,  
boni consulturum esse, si hunc meum com-  
mentarium tibi offerrem, præsertim cum  
mos vetus ac publicus, tibi non sit ignotus,  
quo scripta etiam iſirmarū artiū dedicari sum-  
mis principibus solent. Semper em̄ hichonos

A ij ha

habitus est literis, vel quod precipue videretur indigere praesidio suorum ordinum, vel quod haec cura ad principes etiam pertinere existimaretur, ut cognoscerent qualia scripta legerent homines, propterea quod opiniones hominum ac mores imitari scripta, quae versantur in manibus populi. Atque ob hanc causam maxime prodest exhibere principib[us] scripta de Religione. Porr[oc] me hoc tempore multæ necessariæ caussæ hortantur hunc commentariū ædere. Nam ante aliquot annos ædita est sylwula quædam comentariorum in Romanos & Corinthios meo nomine, quam ego planè non agnosco, Hanc ut oppimerem, parau[er] enarrationē locupletiore ī Romanos. Neque verò ignoro multos esse, q[ui] totū hoc studij genus damnant, quod collocatur in illistrandas sacras literas, quorū iudicia scio tibi sapientissimo principi nullo mō probari, Nā si religiones, non tantū utilitatis, sed veritatis caussa colendæ sunt, vi ego quidē statuo, profecto necesse est, nos verè cognoscere ea quæ diuinus de eis tradita sunt. Quod cū ita sit si mul illud etiā sentiendū erit, nullū deo gratior rem cultū exhiberi posse, quām studium cognoscendæ cœlestis doctrinæ. Hæc est verè λογικὴ λατ[er]p[er]a, verbū Dei cognoscere, amare, ample-

cti

Eti, illustrare, seq, adhibere in consiliū de om  
nibus vitæ casib. ac negotijs. Quare et Dauid  
initio suorum carminum pronunciat beatū  
esse eum, qui legē dei meditatur die ac nocte.  
Itaq; magis adiuuandi, quām deterrendi aut  
reprehendēdi sunt, si qui conferunt studiū ad  
explicandos sacros libros, si tamē id pie ac re  
ligiose faciūt. Ego pro virili germanā ac sim-  
plicem sententiam & secum consentientem, ac  
consentaneam reliquis scripturis, ac dogmati-  
bus Ecclesiæ, inquisui, ac patefacere conatus  
sum. Nō enim delector illo interpretandi ge-  
nere, in quo singula dicta transformantur in  
infinitas sententias. Quid enim haberet certi.  
Religio? Quam possent habere piæ mentes fir-  
mam de Dei voluntate sententiam, si hic luc<sup>d</sup>  
permissus esset ingenij. Nihil enim tam sim-  
pliciter, tam plane dictum est, vnde acuti ho-  
mines non possint velut ex eadem cera mille  
formas ducere. Quid quòd mediocris cuius,  
dā diligentiae est, si quis amat hanc varietatē,  
centones excerptis veterum interpretationib<sup>9</sup>  
solvere, quæ dissimilimæ sunt, et de reb<sup>9</sup> ma-  
ximis dissentiant. Sed magis hoc agebam, vt  
quantum possem explicarem è dubitatione  
animos, quām vt plus quæstionum sererem  
Neq; interim non consideraui, quid mihi cū

A iii alijs

alij s cōueniat, quam quisq; habeat iudicij sui  
caussam, Quod eo dico, vt si quid offendit  
aliquis, qd discrepat ab alij non obscuri no  
minis autorib. sciat me eos adhibuisse in con  
siliū. Ego verò et si hæc nō sunt perpolita, Vi  
deo em pleraq; tenuius tractata esse, quā po  
scebat rerū magnitudo, tamē de sumā nego  
cij hoc verè affirmare possū, me magna cura  
fecisse id, qd scribentib. Plato grauissime præ  
cipit ἔντελον τέλον σπέρματι χρόνῳ, Diu multiq;  
re agitata, & cōmunicata cū peritioribus, ex  
plicare Pauli caussam q; planissime conatus  
sum, Et cōplexus sum res vtiles et de spiritua  
li et de corporali vita. Christi beneficiū illu  
straui quantū potui, quod nisi recte cognosca  
tur, verus Dei cultus existere nullus potest.  
Deinde ciuilia officia honestissimis laudibus  
ornauī, vt aduersus fanaticas opiniones noui  
ciusdā generis Monachorū, quod nūc exo  
rit, iuuentutem præmunirem. Mitto autē ad  
te Clarissime Princeps potissimū, non solum  
quia autoritate præstas omnibus alij Germa  
niæ pontificibus, & in hoc imperio quod in  
terris sumū est, principem locū in dicenda sen  
tentia tenes, sed multo magis propter excellē  
tē sapientiam tuam, vt de nostra voluntate, de  
q; genere doctrine poti? ex his nostris scriptis  
iudi

judiciū facias, quam ex infustissimis calūnīs  
quas vbiq; terrarum spargunt cōtra nos quia  
dā sycophantæ, homines indocti & imperiti  
rerū Christianarum, qui tot iam annis princi-  
pum iracundia inflammare contra nos, & aca-  
cendere in Germania ciuile & infinitū bellū co-  
nanſ, tanta prædicti impietate, vt vaticinia ſcri-  
pturæ rideant, quæ prædicunt poſtremis tem-  
poribus fore vt horribilem ſæuitiā hypocris-  
tæ in Ecclesia in pios exerceant, Deinde tanta  
amentia, tantus furor eſt, vt nec periculo Ec-  
clesiæ, deterreant, quæ, ſi res ad arma deducit,  
ita diſſipabitur, vt nunquam ad omnem po-  
ſteritatē iterū coitura videat. Poſtremo tanta  
barbaries eſt et naturæ crudelitas, nihil vt exi-  
tio patriæ moueantur. Ab his violentis cōſiliis  
Ihs vidimus te abhorre. Quare in te boni  
Omnes intuent, nō ſolū in Germania, ſed etiā  
apud exterias nationes, In te omniū oculi con-  
iecti ſunt, qui Ecclesiæ Christi ad omnē poſte-  
ritatē bene cōſultū volūt. Omnes honestæ ar-  
tes omnes res bonæ tuam fidē ac ſapientiā im-  
plorant, vt cōſiliū atq; autoritatem tuam  
conferas ad faciendam medicinam diſſidentiis  
bus Ecclesijs mitiorem, & ad prohibendam  
diſſipationem atq; vastitatem Ecclesiarum.  
Christus pronunciat pacificos, & beatos,

A iiiij & filios

& filios Dei esse Quid autem poterat pollisci amplius atq; honorificentius, quām vt si bi eos æquaret, ac suū cum eis honorem cōmunicaret? Tāta præmia pacificatori proposita sūt Sed nihil opus est apud te longi de hac re disputare. Vides em̄ quātū pace op̄ sit, vt postq; ver̄ doctrinæ forma, quā in Ecclesiā Monachi inuixerunt, suo quodam fato nunc senescit, ratio ineat, vt ad posteritatem certa quædā forma doctrinæ Christianæ transmitatur. Quod nisi siet, existent infinitæ diuinae eternitatis et beatitudinis specimina. Ac profecto curam huius rei acuere tempora debent, significat enim scriptura plurimum periculi habituram Ecclesiā postremis temporibus. Necq; verò constitui de doctrina inter arma poterit. Et bellū cōcedet licētiā ingenij ferocibus & turbulentis serendi perniciose controuerstas. O ferreos animos, si quos hæc pericula nihil mouent, de quib⁹ nihil apud te dixisse, cuius sapientiam et studiū erga religionem Christianā et norūt et prædicāt omnes boni viri, nisi summa doloris acerbitas, hanc mihi quærelam expressisset. Nūc te oro vt hanc lucubrationē clementer accipias, quā quidem spero nō inutilem paci futuram esse. Non pudet me Euangelij, inquit Paulus, quare nec nos pudeat diligenter audire consciens

## ARGVMENTVM.

cionantem Paulum, & Euangelium plas-  
nissime tradentem. Et quia passim obstrepunt  
interpretes varij, germanam & simplicem se-  
tentiam quæramus ex ipso autore. Nam sine  
Pauli doctrina, nec beneficia Christi satis in-  
telligere, nec certam aut firmam consolationē  
tenere humanæ mentes possunt, nec cult⁹ Deo  
gratus ac ver⁹ existere potest, quod cur ita di-  
cam, in ipso commentario ostēdam. Deus ser-  
uet te Princeps Clarissime, et gubernet tuam  
mentem ad illustrandam & amplificandam  
gloriam Christi, et ad salutem Ecclesiæ Chri-  
stianæ. Amen. Anno, M. D. XXXII.

Philippus Melanthon.

## ARGVMENTVM EPISTOLÆ Pauli ad Romanos.

Duas partes habet hæc Epistola præcipuas.  
In priore disputatio est. In posteriore sunt præ-  
cepta de moribus. Ac multi tantum illam po-  
stremam pagellam de moribus nūc cēsent le-  
ctu dignam esse, superiora nihil arbitrantur  
ad nos pertinere, quia videntur tantum rixas  
continere de Iudaicis cærementijs, de quibus  
hoc tempore nemo litigat. Sed longe aliter se-  
tiendum est. Prior pars habet disputationem  
maxime necessariam omnibus sæculis, &  
vniuersæ Ecclesiæ. Cōtinet enim præcipuos

&

## ARGVMENTVM.

& proprios locos doctrine Christianæ, docet nos de proprio Christi officio, de remissione peccatorum, de iustificatione coram Deo. Hi loci sunt Euangeliū proprij, & discernunt Euangeliū à philosophia, à lege, à decalogo. Quod autem, de rebus tantis disputet ac non rixetur de solis cæremonijs, series ipsa disputationis ostendit, quam nos diligenter monstrabimus lectori. Et Paulus diserte ponit hāc propositionem pronunciari homines iustos propter Christum. Et hanc propositionem postea confirmat. Et in confirmatione præcipue hoc agit quod caput est in certamine conscientiæ luctantis cum iudicio Dei, Docet, nō apprehendi misericordiam Dei dubitante conscientia, Et ut dubitationem conscientijs existimat, contendit non pēdere reconciliationem & iustificationem ex conditione nostræ dignitatis, Nam tota res fieret incerta, si ex nostrorum operum dignitate penderet, vel moralium vel cæremoniarum. Nouum quiddā vult docere, quodd non potest in lege tradi quāmodo certi reddamus Deum nobis propitiū esse. Lex etiam concionatur de misericordia, sed addit conditionem, si impleatur. Euangeliū pollicetur remissionē peccatorū & iustificationē gratis. Ut enim accepti simus, non

# IN EPISTOLAM PAVLI A D ROM.

non est causa legis impletio, sed promissio Christi, propter quam placemus Deo, etiam si sumus indigni. Item hoc consilio opponit inter se Paulus fidem & opera. Vocat enim fidem fidutiam misericordiae gratuitæ. Opponitur autem misericordia debito ac dignitati nam tantum cæremoniarum, sed etiam moralium operum. Cum itaq; de rebus tantis, de remissione peccatorum, de iustificatione, de certitudine conscientiæ disputet, facile intelligi potest, non hoc præcipue aut solum agi, ut liberemur iudaicis ritibus. Sed hoc se felliit Origenem. Non discernebat inter ciuilem iustitiam, & iustitiam quam lex Dei requirit. Putabat homines ciuili iustitia, id est, moribus ciuilibus legi Dei satisfacere ac iustos esse coram Deo. Item non animaduertit, misericordiam Dei non posse apprehendi dubitante conscientia. Hæret autem dubitatio, si iudicandum est nobis ignosci propter nostrorum benefactorum dignitatem, aut nos pronunciari iustos propter impletionem legis videlicet decalogi. Ideo Paulus hoc ipsum agit, primū eximit errorē de lege, negat nos legi satisfacere, sed docet omnes homines verè reos esse irā Dei ac mortis æternæ, quia natura est vicia, et pugnat cum lege Dei. Ignoratio, contēptus, dubitatio, odium

## ARGVMENTVM.

odium Dei, & alia vitia hærent in ipsa natura. Ideo non sumus iusti propter legis impletionem. Etsi enim externa & ciuilia officia facere possumus, tamen ipsa natura est vitiola. Quare proponitur alia res propter quam reconciliemur Deo. Et ut sit certa reconciliatio ac iustificatio, contendit Paulus eam non pendere ex conditione nostræ dignitatis, hoc est ex impletione legis, sed tantum ex promissione Dei, qui propter Christum pollicitus est se nobis velle ignoscere, ac nos pronunciare iustos. Hic docet non apprehendi misericordiam dubitante conscientia, sed oportere credi, qd certò propter Christum Deus ignoscat nobis et pronunciet nos iustos. Et vt hæc sint certa, docet hæc contingere gratis non propter legem. Hæc est noua & ignota mundo doctrina, sed necessaria ad pacandas conscientias, & ad extirpationem dubitationem de voluntate Dei, et ad verum cultum Dei, vt paulo post dicam. Hanc causam tractat Paulus. Voluit vniverso orbi terrarum exponere quid propriè doceat Euangelium, quod sit Christi officium, quæ beneficia attulerit, quomodo coram Deo iusti pronunciemur, quomodo certi efficiamur de voluntate Dei erga nos, quomodo liberemur a peccato, ab ira Dei, a morte æternâ.

## IN EPISTOLAM PAVLI AD ROMA.

na. Has tantas res à Paulo requiramus, nō putemus eum rixari tantum de cæremonijs. Et ut iuuenes facilius dispositionem orationis intelligere possint, & vt Plato appellat, ἀνάγκη λογοτραφικήν hoc est, perpetuam seriem omnium partium, utrum apte & necessario cohaereat atq; consentiant, hoc ascribendum est. Genus causæ est διδασκαλία, finis enim & consilium Pauli est, vt doceat nos præcipue de beneficijs Christi, de remissione peccatorū de iustificatione, & donatione vitæ æternæ. Status negotij est finitiuus. Definit enim quæ res sit iustitia hominum coram Deo, videlicet quod nostra benefacta, et virtutes nostræ non sint iustitia, propter quam Deo simus accepti, quia sunt in natura vicioſa, ac legi Dei non satisfaciunt. Sed quod homines reconciliantur Deo, & reputentur iusti, hoc est accepti Deo, ac filij Dei, propter Christum per misericordiam. Et quod hæc misericordia certa sit, Quodq; fide statuendum sit nos certò propter Christum acceptos esse. Hic status est totius controvæsiæ ac principalis propositio, quam ferè iisdem verbis ponit in Cap. Tertio, ad quam velut ad caput, referri omnia disputationis membra debent. Quomodo autem ad hæc propositionē paulatum accedat, quæ sit

## IN EPISTOLAN PAVLI A D ROMI

sit œconomia singularum partium Epistolæ commentarius ostendit. Nam id præcipue facere interpretem decet, ut ordinem orationis & illam quam sic Plato vocat ἀναρχην λογικην γραφικην. Nā hæc diligentia plurimum affert momenti ad sententiam percipiendam ac iudicandam. Postrema Epistolæ pars tradit præcepta de bonis moribus. Euangeliū enim prædicat poenitentiā, quare bene operari necesse est, et si benefacta non efficiunt, ut personæ consequantur remissionem peccatorum, et repententur iustæ, hoc est, sint acceptæ, sicut et si Saul habebat multa præclara facta, tamē persona propterea nō erat iusta. Sed personæ sequuntur remissionē peccatorū & reputantur iustæ certò per misericordiam propter Christū, modo ut id credant. Verū quomodo et quod ordine tradat, præcepta, suo loco ac saepe dicet.

### PROLOGUS, DE IVSTIFICACIONE.

**F**T VT PRAEPAREMVS lectorem ad intelligendā causam quam agit Paulus, negotij sumam, quæ si in methodum contrahemus, tamen ipsa Epistola Pauli iusto ordine rem exponi

## ARGUMENTVM.

ponit plane<sup>cq</sup> methodice Et quia principalē & proprium locum doctrine Christianæ tradit, quasi quedam methodus in vniuersam scripturam existimanda est.

Non mouemus inanem λογικὴν de iustificatione. Nec tantū genere sermonis dissidente vulgarib<sup>z</sup> opini. aduersariorū nostrorū. Rerū cōtrouersia est, et qdē maximarū. De remissione peccatorū, de cōsolatiōe cōsciētiarū, de vero cultu, de vera inuocatiōe Dei litigia. Etenī sine hac doctrina de fide quā tradidit Paulus ac nos defendimus, non solum de remissione peccatorum & consolatione conscientiarum certi nihil tenere potest. sed in vniuersum cultū atq; inuocatio Dei vera existere nulla potest. Hoc admonere lectorem necesse est, vt quid agatur, & quis sit scopus harum controvēsiarum, quis finis, diligenter consideret. Necq; hoc agitur, vtrum bona opera facere necesse sit. Nā id conuenit. Necq; illa Augustiniana hic disputātur. Ea demū opera bona quae excitat Spiritus sanctus in hominib<sup>z</sup> iustitiam esse. Alia res agitur. videlicet quomodo conscientiae possint redi certae, qd habeamus remissionē peccatorū, quod Deus

## ARGUMENTVM.

Si nobis propitius, quod simus accepti Deo.  
Item utrum possit Deus coli atque inuocari si  
dubitent conscientiae, utrum placeamus Deo  
utrum exaudiamur a Deo. Item an Deo pla-  
ceant bona opera, ac virtutes etiam diuinis  
nobis donatae, si haereat in nobis dubitatio il-  
la.

Quum autem in methodo informanda ini-  
tio certae definitiones ac hypotheses tradi sole-  
ant, hanc consuetudinem nos quoque seques-  
muri. Prima igitur hypothesis sit, quae nota  
est omnibus, duas esse præcipuas partes uni-  
uersae scripturæ, Legem & promissionem re-  
conciliationis. Lex est doctrina requiriens a no-  
bis perfectam obedientiam erga Deum, seu  
præcipiens quales nos esse, quae facere, quæ  
omittere oporteat, & condemnans hos, qui  
non sunt tales, quales ipsa esse præcipit. ut Di-  
liges Dominum Deum tuum ex toto corde.  
Item, Maledictus qui non permanet in omni-  
bus quæ scripta sunt in lege. Loquimur autem  
nunc de decalogo, qui requirit perfectam ob-  
ediētiā erga Deum. Vocari autem lex de-  
bet, ubi cuncta præcepta leguntur vel in libris  
veteris testamenti, vel in libris Apostolorum.

Promissio remissionis peccatorū et iustifi-  
cationis

# IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM.

sificationis et vitæ æternæ est , quæ pollicet remissionem peccatorum , & iustificationē propter Christum per misericordiam , non propter legem aut nostram impletionem legis . Atq; haec promissio est propria Euangeli , & recte Euangelium dicitur . Est enim distincta à lege , nechaber conditionem legis tanquam causam . Alioqui enim fieret incerta promissio si penderet ex conditione legis . Si enim haberet conditionem legis , non remitterentur peccata , nisi tunc cum legi satisfaceremus , ac perfecte obediremus . Item cum nunquam legi perfecte obediamus , semper dubitandum esset , virum Deo placeremus . Hæc sunt clarissima & extant apud Paulum cap . iiij . Item . Nulli different lex & Euangelium , si promissio misericordiae penderet ex cōditione legis . Nam lex etiam docet de misericordia , testatur Deum misericordem esse , sed addit conditionem legis . Cum autem nemo satisfaciat legi necessitate est dubitare virum misericordiam cōsecuturi simus , imò potius iudicamus Deum nobis irasci . Neq; aliter iudicat conscientia vlli hominis . At Euangelium hoc præcipue agit , ut hanc dubitationem nobis eximat . Afferit remissionē peccatorū gratis , pronuntiat nos iustos , hoc est , acceptos esse Deo

B.

etiam si

## ARGVMENTVM.

etiam si non satis facimus legi . Ita sit certa con-  
scientia, nos habere remissionem peccatorum  
& placere Deo. Atq; hæc gratuita promissio  
dirimit ac discernit legem ab Euangelio.

Ad hūc modū interest inter doctrinā aduersariorū nostrorum et hoc doctrinæ genus qd  
hic Paulus tradit. Fatiemur aduersarios doceare de remissione peccatorum , de misericordia, de reconciliatione. Sed ita docent, assūt conditionem legis, hoc est nostræ dignitatis, docent tunc consequi homines remissionem peccatorum, si contritio sit sufficiens. Cum hæc cōditio additur, dubitare necesse est an si mus consecuti remissionem peccatorum , an placeamus Deo. Et quidem præcipiunt dubitare. Detorquent hoc dictum Salomonis male intellectum. Nescit homo vitrum amore, an odio dignus sit. Hoc simpliciter est totū Euangeliū euertere ac delere, & Christum prorsus sepelire atq; obruere, ac tollere omnē verum Dei cultum, quia Deus non potest cū dubitatione coli aut inuocari. Sed sic iudicat ratio humana, sine intellectu Euangeliū, de pmissione reconciliationis. Hæc opinio, omnium gentium ac temporum idolatria est, Nam amissa vera noticia pmissionū ḡtes etiam

## IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM.

etiam retinuerunt hanc persuasionem de misericordia pendente ex conditione legis, atq; ita cum dubitatione colebant & inuocabant Deum. Hæc persuasio occupauit etiam magnam partem Ecclesiæ, postquam Euangelium non est pure traditum. Porrò plena impietatis sunt, doctrina, cultus, & inuocatio apud dubitatores istos. Ac profecto quantum habeat mali illa dubitationis doctrina, peritæ & piæ mentes iudicare possunt. Nos verbis explicare non possumus. Econtra Paulus hoc præcipue agit ut illam dubitationem eximat conscientijs. contendit statuendum esse, quod certò continet remissio peccatorum, & iustificatio, hoc est acceptatio. Et ut hæc sint certa iubet sentire quod propter Christum contingat, non propter impletionem legis, seu quod certitudo illa pendeat ex sola promissione misericordiae quam pollicetur Deus propter Christum, non pendeat ex dignitate nostrorum operum. Itaque aducunt transformant Euangelium in legem, & vtcunq; legem docent, sicut Hæsiodus aut Phocylides, non tradunt Euangelium, cum iubent dubitare.

II Præterea cum de lege Dei dicitur, necesse est scire q; natura humana non verè obediatur.

B n leg

## ARGVMENTVM.

legi dei sicut Paulus ait. Caro non potest subdi legi Dei. Sicut autem ratio iudicat de rebus sensui subiectis , de corporali & ciuili vi ta, ita manet etiam facultas efficiendi honesta officia ciuilia. Sed interim corda sunt natura liter vicia, nec verè timent Deum nec verè credunt Deo, nec verè diligunt Deū. Amant fugiunt , corporalia contra mandatum Dei, Confidunt corporalib. rebus, dubitant aliās de ira Dei, aliās de misericordia, sicut testatur Paulus cum ait sensus carnis inimicitia est ad uersus deum. Ideo certissimum est homines non verè obedire legi Dei. Nec recte docent aduersarij nostri, qui somniant homines perse, viribus naturalibus posse legi Dei satisfacere, quòd ad substantiam actuū attinet, gratiæ tamen interim tribuunt, quod addat respetuū meritorij. Nos fatemur homines aliquo modo viribus naturalibus posse honesta officia ciuilia facere, vi dixi. Sed hæc non satisfaciunt legi dei, quæ requirit perfectam obediētiā cordis erga Deum, scilicet timorē fiduciā, dilectionem Dei perpetuam ex toto corde, deniq; requirit naturam ita consentientē legi Dei, sicut nunc concupiscentia repugnat legi Dei.

III Peccatum intelligi debet nō tantū opus, cogita

## IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM.

cogitatum, dictum aut factum contra legem,  
Sed etiam ipsa naturæ corruptio quæ nobis-  
cum nascitur. hæc enim verè pugnat cum mæ-  
datis Dei. Est enim ignoratio Dei, vacare mea-  
tu, fidutia, amore Dei & similibus motib⁹,  
quos lex præcipit. Et hæc naturalis corruptio  
vocatur peccatum originis de quo in cōmen-  
tario dicam prolixius. Proinde etiam cū ciui-  
lia officia præstamus, tamen hærent illa mala  
in cordib⁹, quare non prestant homines obe-  
dientiam legi, quam debent, Igītur opus est  
hominibus remissione peccatorū, misericor-  
dia. vt pronuncientur iusti, aliter quam pro-  
pter legis impletionem. De hac misericordia  
concionatur Euangelium.

Aduersarij docent homines coram Deo re-  
missionem peccatorum consequi, pronuncia-  
ti iustos & consequi vitam æternam propter  
benefacta sua, propter qualitates, ac virtutes  
proprias. In hac sententia multæ falsæ persua-  
siōes hærēt, sed hæc est præcipua, quod Chris-  
to detrahunt honorem mediatoris, & fingūt  
hominem iustum esse proprijs virtutib⁹, nec  
docent uti Christo mediatore, ac quid sit,  
Christum esse mediatorem nō intelligunt. De  
inde iubent tamen dubitare, an contingat no-

## ARGVMENTVM.

bis remissio peccatorum, & an simus accepti,  
an simus consecuturi vitam æternam. Hi era-  
tores necessario repræhēdendi sunt, primum  
ut Christi officium intelligatur. Deinde quia  
doctrina illa dubitationis parit desperationē,  
& impietatem in omni vita, ac planè gentilis-  
tatem. Quomodo enim possunt invocare De-  
um in vlo negotio, in vlo periculo, homi-  
nes qui dubitant vitrum habent Deum pro-  
picium.

Sic igitur docet Paulus de iustificatione. E-  
uangelium prædicat poenitentiam, & arguit  
peccata, & offert remissionem peccatorum et  
iustificationem, et vitam æternam omnibus,  
non propter nostram dignitatem, aut nostra  
opera aut habitus, aut virtutes, sed per misericordiam,  
propter Christum, modo ut hoc  
credant, videlicet Deum certò sibi propicium  
esse propter Christum. Hoc docet cum ait. Ar-  
bitramur hominem iustificari ex fide, sine op-  
eribus. Item corde creditur ad iustitiam. Et  
id alijs verbis dicunt. Sola fide homo iustifi-  
catur. In huiusmodi dictis prudenter intelli-  
gigenus sermonis debet.

Iustificari proprio significat iustum repu-  
cari

## IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM.

tari, hoc est acceptum reputari, sic intelligatur  
relatiue, sicut in foro usurpatur Hæbraica cō  
suetudine, iustificari pro eo quod est iustum  
pronunciari. ut si quis dicat populus Roma-  
nus iustificauit Scipionem accusatum à tribu  
no plæbis. hoc est iustum pronūciauit, absolu-  
uit, approbavit. Quanquam autem nouos  
motus existere in his qui reconciliantur, ne-  
cessè est, tamen iustificari, non significat pro-  
prie habere nouas virtutes, Sed relatiue intel-  
ligatur de voluntate Dei, pro eo quod est ap-  
probari seu acceptari à Deo.

Iustus relatiue significat acceptum Deo. Iu-  
stitia legis est obedientia voluntatis nostræ er-  
ga legem Dei, videlicet virtutes & actiones  
nostræ, sicut philosophi iustitiam vniuersalē  
appellant. At imputatio iustitiae. Item iustitia  
Dei in his Pauli disputationibus, & saepe ali-  
âs in scripturis, relatiue significant acceptatio-  
nem, qua nos Deo accepti sumus etiam gra-  
tis, non propter virtutes nostras, quæ nō sūt  
dignæ propter quas iusti pronunciemur, nec  
possunt opponi iudicio Dei.

Fides significat fidutiam misericordiæ. Nec  
est tantum notitia hystoriæ, sed propriæ  
significat assentiri promissionib⁹ diuinis, seu

## ARGUMENTVM.

velle & accipere promissam misericordiam.  
Et sic concipitur fides, cum corda perterrefacta agnito peccato, audiunt Euangelium in quo offertur reconciliatio, et huic promissio ni assentiuntur, volunt et accipiunt oblatam misericordiam, & certò statuunt se iam habere Deum propitium. Est igitur fidei seu fiduciae obiectum promissio misericordiae, seu missa reconciliatio, seu missa iustificatio. Nam hæc vocabula re ipsa idem significant. Cum igitur dicitur fide iustificamur, non intelligas κατὰ οὐρανὸν χάριν. Fides est principium seu causa afferens alias virtutes, propter quas iusti pronunciemur. Tali enim nouas virtutes effici in nobis oportet, tamē interim illas vel Augustinianas vel aliorum speculationes se pone, & cum audis fide iustificamur, non cogites ideo nos fide iustificari quia sit virtus in nobis digna quam approbet Deus, aut quia alias virtutes pariat, sed memineris obiectū ostendi extra nos, cum audis vocabulum fidei, fides enim significat fidutiam affienæ rei, scilicet misericordiae promissæ propter Christum. Et tamen hæc misericordia nō potest apprehendī nisi fide seu fiducia. Hæc est simplex & germana sententia Pauli. Memineris regulæ puerilis quæ docet relatiua mutue se definire,

## IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM.

nire, & interpretari, sicut vulgo in scholis dis-  
citur πάντα τὰ πρότι πρότος ἀντίστροφον οὐ λέγεται fides  
relatiue obiectum monstrat. Cum igitur au-  
dis fidei vocabulum, mox requiras obiectū,  
scilicet promissam misericordiam seu promis-  
sam acceptionem, Et transforma dictum fide  
iustificamur, in hanc sententiam correlatiuam.  
Per misericordiā iusti reputamur. Item sola  
fide iustificamur, interpretare hoc modo, so-  
lius misericordiæ fidutia iusti pronūciamur.  
Et cum quæritur utrum fide an operibus ius-  
tificemur, scias hoc quæri, utrum per miseri-  
cordiam certò propter Christum, an propter  
nostra opera Deo placeamus. Si quis bonus  
vir hoc animaduertet quæri, facile viceris, quia  
enim sanæ mentis non respondeat, prorum hoc  
esse, & plenum cōsolationis, misericordiam  
certam esse propter Christum, nō propter no-  
stram dignitatem. Et sicut misericordia & de-  
bitum opponuntur. Ita Paulus opponit fidē  
& opera. quare etiam si interdum non addit  
exclusivas particulas, tamen ipsum vocabu-  
lum fidei excludit fidutiam omnium operū  
ac debiti, cum significet verē fidutiam miseri-  
cordiæ. Paulus facile intelligi posset,  
genere sermonis intellecto. Sed sic est. Post  
quām omnia occupauit barbaries, sermonē

## ARGVMENTVM.

sacrarum literarum homines inepti non esse  
quebantur. Ideoq; simul & nouum sermo-  
nis genus, & res nouas commenti sunt.

Tria autem membra posui in sententia de  
iustificatione, quod remissio peccatorum, ius-  
tificatio, & donatio vitæ æternæ certò con-  
tingant nobis per misericordiam propter Ch-  
ristum, non propter nostram dignitatem. Etsi  
autem nihil opus erat hæc tria discernere, Nā  
in remissione peccatorum cætera verè insunt,  
Est enim remissio peccatorum, liberatio ab ira  
Dei & morte æterna, tamen docendi caussa,  
discernere volui ut vulgarem persuasionem  
emendare m, qua somniāt nonulli homines,  
etsi consequantur remissionem peccatorū  
per misericordiam &c, tamen postea suis vir-  
tutibus & habitibus, iustos pronunciari. Pri-  
mum membrum est, remissionem peccatorū  
consequimur non propter nostrā dignitatē,  
virtutes, contritionem &c sed certò per mi-  
sericordiam propter Christum, modo ut fide  
apprehendamus illam misericordiam. Ratio  
in promptu est, quia nostra opera non possūt  
oppōi iræ & iudicio Dei, Nō possūt vinci ter-  
rores mortis, nisi apprehendamus promissio-  
nem misericordiæ. Nec possumus vinci  
cere

## IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM

cere dubitante conscientia, sed necesse est conscientiam certò statuere de misericordia. Nam dubitatio parit desperationem. Ideo non consequimur remissionem peccatorum, nisi fiducia misericordiae propter Christum promissae. Atque hæc infra prolixius tractantur. Et scriptura plena est testimonij, quæ docent remissionem peccatorum contingere fiducia Christi.

Sed aduersarij nunc experrecti velut ex quodam veterno, incipiunt nominare fidem, dicunt se quoque hoc docere, quod fide consequatur remissionem peccatorum. Sed non sola fide. Particula exclusua, Sola, offendit. Hæc est in iraoris certaminis. De hac exclusua respondeo, Conscientia perterrefacta tantum de hac exclusua dimicat. Non disputat utrum Deus remittat peccata, sed hoc disputat, utrum in dignis remittat, utrum gratis remittat. Nullum inuenit opus quod possit opponere iræ Dei, quod possit placare iram Dei, agnoscit indignitatem suam. Agnoscit se ream esse, & dignam ira Dei. Hoc igitur querit virum gratis possit consequi remissionem peccatorum. Id est docet Euangeliū, gratis remitti peccata. Alioqui nihil interesset inter legē & Euangeliū  
**Proince**

## ARGUMENTVM.

Proinde hæc exclusiva discernit legem & Euangelium, & ostendit proprium Euangeliū locum. Necesse est igitur defendi exclusiam. Sicut Paulus ubiq; inculcat particulam gratis, & dicit ideo gratis ut sit firma promissio, quia conscientiæ ppetuo dubitarent de remissione peccatorum, si penderet ex conditione dignitatis nostræ. Ergo necesse est sc̄ire, quod certò consequamur remissionem peccatorum fidutia solius misericordiæ. Hæc sunt plana & perspicua, Nec sunt ex illo genere de quod tantum in scholis ociosi homines rixantur, Sed versantur in acie et experientia piarū mentium, quæ testatur hanc doctrinam necessariā esse.

De reliquis duob. membris idem iudicandum est. Non est fingendum quod consecuti remissionem, postea iusti pronunciemur propter nouitatem, virtutes, & opera nostra. Nam conscientiæ iterum redderentur incertæ, vtrū haberemus Deum propiciū, quia ne illæ quidem virtutes legi satisfaciunt, aut opponi iudicio Dei possunt. Et cum natura sit vicia, semper plurimum indignitatis, deprehendimus. Ideo necesse est statuere, quod propter Christum, per misericordiam certò simus iusti, hoc est accepti, non propter legem aut legis imple-

## IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM.

implectionem, aut virtutes & dignitatem nostram, Id confirmat Paulus cum ait Iustificati fide pacem habemus. Ac iustificatio re ipsa significat continuam remissionem peccatorum seu acceptationem indignorum. Sicut docet Paulus ex hoc versiculo. Beati quorum remissae sunt iniuriae. Ergo omnes habent opus remissione peccatorum. Nec iusti sumus propter nostras virtutes, sed iusti reputamur. Deo remittente peccata.

De donatione vitæ æternæ iudicari facile potest, quia iustificati iam sunt filii Dei & cohaeredes Christi. Ideo ita consequimur vitam æternam, sicut consequimur iustificationem. Præterea si donatio vitæ æternæ penderet ex impletione legis & dignitate nostra, perpetuo conscientiæ dubiarēt, Spes vitæ æternæ simpliciter excuteretur conscientijs. Nunquam magis apparet immūdices naturæ nostræ quam cum luctamur cum morte. Necesse est igitur docere quod conscientia statuere debet, quod propter Christum per misericordiam certè cōsecuturi simus vitam æternam. Cōtumelia in Christū est, liberari velle à morte æterna potius propter nostras virtutes, quam propter Christū. De his infra copiosius dicitur. Nunc  
n. tana

## ARGVMENTVM.

n. tantum summas rerum contrahære volui.  
Testimonia & probationes extant in ipsa Epi-  
stola Pauli.

Nunc de operib. Quanquam autem iustis-  
pronunciemur propter Christū, tamen id fie-  
ri non potest nisi fide apprehendam⁹ misericor-  
diam. Et tamen ut sit certa res, pendet ex pro-  
missione Dei, nō ex nostrarum virtutum di-  
gnitate. Ideo supra dixi iustificationem intel-  
ligi debere de voluntate Dei acceptante nos, nō  
de infusione habituū. Et tamen interim oportet  
in nobis existere virtutes, quia Euangeliū  
prædicat poenitentiam. Et fides non potest exi-  
stere nisi in poenitentia. Ideo ut crescat & con-  
firmetur, crescere oportet poenitentiam. opor-  
tet adesse timorem Dei, fiduciam, dilectio-  
nem, deniq̄ obedientiam erga legem Dei no-  
bis propositam. Sed ut conscientiae certae sint  
de voluntate Dei, iudicandum est de ea nō ex  
nostris virtutib. sed ex promissione Dei, acto  
ta res eo spectat, ut dubitatio conscientijs exis-  
matur. Et opera ac virtutes illæ sunt merito-  
riæ, sed ita si personæ prius placeant Deo. Id  
facile intelligi potest. Nam in impijs & hypo-  
critis sunt multæ præclaræ virtutes. Quantū  
n. fuit in C. Cæsare pulcherrimarum atq;  
optimarum virtutum, neq; tamen propterea  
perso

# IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM

persona placebat, cum haberet etiam sua vi-  
cia, Discerni igitur debent persona & opus.  
Persona reconciliat fidutia misericordiae, quæ  
vt sit certa, non potest pendere ex conditione  
nostræ dignitatis ac virtutum. Ideo sola fide,  
id est fidutia solius misericordiae propter Ch-  
ristum promissæ, cōsequimur iustificationē.  
Nec potest recte operari aut inuocare Deum  
persona dubitans, iuxta illud. Omne quod  
non est ex fide peccatum est. Item. Quomodo  
inuocabunt, si non credant. Itaq; primum o-  
porter personæ dubitationem eximi. Id fit so-  
lius misericordiae fidutia. Postea, cum necesse  
sit bene operari, placeat opera, quia persona  
placet reconciliata, & liberata à dubitatione.  
Et quanquam opera sunt indigna, Natura  
enim hominum viciosa est & procul abest à  
perfectione legis, tamen placet & reputantur  
esse quedam legis impletio. Ideo habet mul-  
ta ingentia præmia, et sunt verè meritoria, nō  
remissionis peccatorū aut iustificationis seu  
acceptationis, aut vitæ æternæ. Sed  
aliorum præriorum spiritualium & corporo-  
ralium. Nam illa non pendent ex conditio-  
ne legis, sed donantur propter Christum vt  
sint certa, Sed merentur præmia corporalia  
& spiritualia quæ sequuntur iustificationem  
&c.

## ARGVMENTVM.

& acceptationem seu quæ his qui iam sunt facti filii Dei, proposita sunt. Ut si quis dicat filium familias non mereri officijs suis, ut sit filius. Sed cum natus sit filius, postea meretur officia ipsius alia præmia. Hæc nihil habent pplexum & intricatum, si quis dextrè velit accipere. Necq; hic opus est Augustini more detrahere nobis merita, quia bona opera non efficiantur virib. nostris, sed diuinitus excitentur in nobis. Quod etsi verum est, tamen scriptura proponit mercedem, tanquam opera sint nostra. Et manifestum est in afflictionib. & externis functionibus aliquas esse nostras partes, quanquam non possumus bene operari, nisi spiritus sanctus moueat et gubernet corda per verbum. Necq; huc opus est accersere disputationes de prædestinatione. Nos à predicatione verbi ordimur. Sicut Paulus ait, Fides est ex auditu Auditus per verbum Dei. Qui verbum Dei apprehēdunt eiçq; obtemperāt, hos haud dubie mouet spiritus sanctus. Nam spiritus sanctus mouet per verbū Dei.

Præterea ipsa fides cū tanquam opus ac virtus in nobis intelligit, præcipuum opus est, maximeq; meritorium, quia tribuit Deo verū honestatem, statuit Deum misericordem & veracē esse

# IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM.

esse. Aduersarij cum de bonis operibus vocia  
ferantur, tantum politica opera requirunt, &  
opprimunt interim verè Christiana opera, sed  
licet fidei exercitia, ad quæ præcipue excitari  
& assuefieri Christianos oportebat. In his enī  
exercitijs crescit vera noticia Dei, & omnes  
virtutes spirituales. Quare etiam si gloriantur  
aduersarij se de operibus docere, tamen  
præcipua opera, dum inculcant tantum ciui-  
lia officia, obruunt, ut paulo post dicam.

Hæc de operibus dixi. Nam hac vna respo-  
sione, omnia quæ de operibus obiciuntur,  
explicari possunt. Euangelium prædicat poe-  
nitentiam, & reconciliationem, quæ affert no-  
uam & æternā vitam. Ideo certe requirit ho-  
na opera, et obedientiam erga Deum. Nam  
æterna vita, est vita spiritualis & obedientia  
erga Deū. Imò fidutia illa misericordiæ, quæ  
erigit perterfactam mentem, est vera agni-  
tio Dei, quæ parit veram dilectionem & ve-  
ram obedientiam erga Deum. Et Spiritus sā-  
etas ad hoc datur, ut cum nos per verbum  
erigit & consolatur, hanc nouam & cœlestē  
vitam & obedientiam in nobis efficiat. Cū fa-  
gitur obedientia erga legē sit necessaria, aliæ  
lentientiæ promissiones, aliæ legem quia obe-

C dientia

## ARGVMENTVM.

dientia erga legem, sequi debet reconciliatio  
nem. Sed hic sciendum est legem sine Christo  
non placere, nemo enim legi satisfacit. Quoti  
es igitur laudantur opera, concedendum est  
quod bene operari necesse sit. Sed discerni de-  
bent opera & personæ. Placent Deo benefa-  
cta, non quia legi satisfiat, sed quia persona re-  
conciliata est. Hic addendum est. Et reconcilia-  
tio illa non pendet ex conditione nostræ di-  
gnitatis, ne fiat incerta. Sed pendet tantum ex  
promissione Christi.

Sed omnia quæ diximus videntur euerdi  
per hanc vnam sententiam. Si vis in vitam  
ingredi serua mandata. pendet igitur donatio  
vitæ æternæ ex conditione legis, Facilis et  
plana responsio est. Quod reconciliatio non  
pendeat ex conditione implendæ legis tan-  
quam cauſa, hinc apparet, quia cōsequimur  
remissionem peccatorum et reconciliamur, et  
am si verè ad huc natura sit vicioſa. Non igis-  
tur reconciliamur ideo, quia legi satisfacia-  
mus. sed propter Christum per misericordiā.  
Porrò reconciliati sunt filij Dei, et cohæredes  
Christi. Quare igitur Christus iubet legem fa-  
cere, quia etsi lex non est cauſa & precium  
reconciliationis, tamen obedientia erga legē  
necessario

## IN EPISTOLAM PAVLI A D ROM.

necessario sequi debet recōciliationē. Et tamen quia illa obedientia imperfecta est, Ideo interā pronunciamur iusti & filij Dei, non propter illam obedientiam, sed propter Christum per misericordiam. Præterea lex proponitur, vt accuset nos, vt discamus nobis opus esse mediatore & alia quādam iustificatione. Nemo em̄ potest verè gloriari se ralem esse, qualem lex requirit. Ideo Euangeliū testatur Christum esse finem legis, ita vt qui credunt Christo, reputentur iusti ac si legem impletissent. Et fidutia misericordiæ Christi imputatiue legis impletio & iustitia est.

De sententia Pauli ad Corinthios idem respondeo, si dilectionem non habeam nihil sum. Quis negat? Fatalem enim necessariam esse dilectionem, seu obedientiam erga legem. Quis est autem tam impudens vt dicere ausit peccata remitti propter nostram dilectionem? Non enim poslunt irae Dei opponi nostra opera. Item quomodo potest conscientia diligere Deum, nisi prius appræhēdat misericordiam? Item quis potest affirmare se legi satisfacere. Quanquam aduersarij nostri dicunt hic verè pugnantia, affirmant hominem iustum propter dilectionem, Et tamen

C. ij iubeng

## ARGUMENTVM.

Subent dubitare conscientiam, utrum simus iusti. At dubitatio est impia, & afferat desperationem & odium Dei. Sic igitur dicimus. Pausus non dicit nos iustos pronunciari propter dilectionem nostram, sed dicit dilectionem necessariam esse, recenset virtutes quae in nobis adesse debent. At sepe iam dictum est, nos non pronunciari iustos propter nostrarum virtutum dignitatem, sed propter aliud extra nos, scilicet per misericordiam propter Christum. Et tamen interim non sola fides, sed etiam obedientia erga legem adesse debet. Et haec virtutes placet, non quia legi satisfaciunt, sed quia persona placet reconciliata, & liberata a dubitatione, postquam apprehendit fidem misericordiam.

Dilectio est maxima. Igitur propter eam pronunciamur iusti. Non valet argumentum. Nam et si dilectio est maxima virtus, tamen quia reputamur iusti, non propter virtutes nostras, sed propter aliud extra nos, scilicet per misericordiam propter Christum, nihil possumus ratiocinari ex virtutum magnitudine. Imo in iustificatione ac certamine conscientiae res ostendit ipsa virtutes omnes exiguas, indignas & procul a perfectione le-

# IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM.

gis abesse, illud tantum quæritur, qua virtus te accipi misericordia debeat. Accipitur autem misericordia fide, seu fidutia promissionis. Postea cum personæ placent, virtutum inter se collatio fieri potest, quas in reconciliatis diximus meritorias esse.

Iacobus ait. Videtis igitur quod ex operibus iustificatur homo & non ex fide solum. Iacobus videtur hanc sententiam hoc consilio posuisse, ut Pauli dictis adderet <sup>enarrat</sup> rōphōtōn eamqe mitigaret. Nec aliud habent aduersari quod maiore tumultu nobis operant, quam hanc sententiam. Sed his vicissim haec opponimus. Non dicit Iacobus remitti peccata propter nostra opera, aut remissionem peccatorum pendere ex dignitate operum nostrorum. Non dicit benefacta nostra opponi posse irae & iudicio Dei. Non dicit benefacta nostra satisfacere legi Dei. Imò cum loquatur de operibus post fidem, vt constar, non vult euertere fidem, non docet dubitare. Necessè est igitur sic accipius dictum, ne fidem euertat, ne coniçiat conscientias in dubitationem. Id fieret si sic interpretaremur. Tunc habebis remissionem peccatorum, cum opera digna tanto be-

C in neficio

## ARGVMENTVM.

neficio habebis. Sic interpretantur aduersarij  
Quantum autem mali habeat talis interpre-  
tatio facile est intellectu Totū Euāgeliū abro-  
gat, & reddit cōscientias icertas de remissione  
peccatorum. Verū sententia Iacobi simpli-  
citer intellecta nihil habet incommodi. Hoc  
dicit. Non solum iustitia fidei, sed etiam iusti-  
tia operum requiritur. Hoc verissimum est.  
Nam bona opera sunt necessaria, & sunt ius-  
titiae legis. Neq; tamen placent Deo, nisi post  
quam personæ placent. Iustificatur, id est pro-  
nunciatur habere iustitiam, debet autem ho-  
mo habere iustitiam fidei & iustitiam operū.  
Sed hæc posterior iustitia operum, cum non  
satisfaciat legi, non iudicatur esse iustitia, nisi  
quia persona iam accepta est fidutia misericor-  
diæ. Hæc simplex enarratio homini pruden-  
ti satisfacit, qui ipsos caussæ fontes considerat.  
Nam hoc certissimum est, hac Iacobi senten-  
tia, nihil absurdus futurum esse, si quis sic ve-  
lit interpretari. Neminem conlequi remissio-  
nem peccatoris, nisi propter opera dignata  
beneficio. Hæc interpretationē si quis mor-  
dicus tenet, nō intelligit quid sit remissio pecca-  
torum, quomodo conscientia debeat erigi,  
cum viderit se nulla opera ad Deū afferre, quæ  
sufficiant ad eum placandum. Et pugnat hæc  
interpretatio

# IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM.

interpretatio palam cum alijs manifestis dis  
citis scripturæ, quæ docent remissionem pecca  
torum gratis contingere. Sicut ait Psalmus.  
Dixi confitebor aduersus me iniustitiam me  
am domino. Et tu remittis impietatem cordis  
mei. Item Rom. iiiij. Nō operanti, credenti au  
tem in eum qui iustificat impium. Quid pos  
test dici clarius, quam remitti peccata impi,  
non operanti, id est nō propter ulla opera, sed  
gratis. Postremo si Euangelium non remittit  
peccata nisi propter nostra benefacta & digni  
tatem nostram, nihil à lege differt, nihilo mas  
gis saluat quam lex. Hæc si quis cōsiderabit,  
facile poterit de Iacobi dicto iudicare. Nihil  
enim dubium est, quin iustitia operum requi  
ratur, sed ita, ne promissionē gratuitam euer  
tat. Hoc, ut spero, satisfaciēt prudentibus, &  
bonis. Nam hi qui ad hanc caussam nihil ad  
ferunt nisi calumniādi voluntatem, nunquā  
satisfieri sibi patientur. Et tamen si numero  
suffragiorum certandum est, Vnum hoc Ia  
cobi dictum obruitur multis Pauli testimo  
nijs.

Remitte et remittetur vobis. Concio est  
poenitentiae, cuius altera pars præcipit quales  
fieri nos oporteat, altera continet promis  
Cilijs sionem.

## ARGUMENTVM.

Nonem. Nec dicit Christus , remittetur vobis propter vestram condonationem. Sed tamen præcipit ut remittamus, deinde admonet de promissione, quæ pendet aliunde, non ex dignitate nostri operis. Ac sententiæ quæ de remissione peccatorum loquuntur, facile posse sunt explicari, quia constat remissionē peccatorum futuram incertissimam, si penderet ex dignitate operum nostrorum. Idem iudicandum erit de alijs multis sententijs quæ sunt cōciones Pœnitentiæ, qualis est, Redime peccata tua iustitia & beneficijs erga pauperes. Et erit sanatio delictorum tuorum. sic enim Hæbraice legitur. Altera pars præcipit de pœnitentia. Redime peccata tua iustitia & beneficijs erga pauperes. Hoc est fias iustus, hoc est creditor, deinde etiam regnum tuum ita administratio , ut ad beneficium conferas potentiam, non ad nocendum. Ita redimes peccata, id est impetrabis ut tollatur reatus, tum culpa , tum poena. quia cōuersis promittitur venia, non propter conuerzionis dignitatem, sed per misericordiam, si eam fide apprehendant. Altera pars, missio est. Erit sanatio &c. quæ certe debet fide accipi, & ut sit certa, non debebit pendere ex conditione nostræ dignitatis.

Obiiciunt & de mercede. Vita æterna appellatur

# IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM

pellatur merces. Igitur debetur pro operibus  
Et opera sunt digna, vita æterna, tanquam de-  
bita mercede. Facilis respōlio est. Insignis im-  
pudentiā esset affirmare, quòd aut vita æter-  
na debeatur pro nostris benefactis, aut quòd  
nostra benefacta sint digna vita æterna. cum  
Psalmus dicat. Non intrabis in iudicium cū  
seruo tuo, quia non iustificabitur in cōspectu  
tuo omnis viuens. Præterea oportet spem vi-  
tæ æternæ certam esse. Certo statuere debet cō-  
scientia morituri, quòd habiturus fit vitam  
æternam. Quid hic faciat moriturus. Nū col-  
ligit benefacta, metietur dignitatem suam? At  
in illo certamine maxime apparet naturæ no-  
stræ imbecillitas atq; immundicia, & ad des-  
peratiōem horriatur. Quare excuteretur spes  
omnino, conscientia prorsus fieret incerta, si  
ex conditione nostræ dignitatis res penderet.  
Ideo ut cōscientia fiat certa, transferre oportet  
fidutiam ac spem in promissionē Christi, non  
in nostram dignitatem. Dicitur autem merces  
vita æterna, quia etiam si contingit ob aliam  
caussam, tamen interim compensat afflictio-  
nes & benefacta nostra, sicut hæreditas et si fis-  
lio familiæ ob aliam caussam contingit, ta-  
men simul est merces & compensat officia fis-  
lii. Appellatur igitur merces, quia compēsat.

C v

non

## ARGUMENTVM.

non quia sit compensatio proprie debita propter illam caussam. Iam si quis obiectat, si nō est debita vita æterna, sit res incerta, quia debitum certum est. misericordia incerta. Ad hæc respondeo. In foro apud homines ius certum est, misericordia incerta. At in Euangelio misericordia certa est, habet enim præmissionem Dei. Imò hoc vnum agit Euangelium, ut doceat misericordiam certam esse. Et ob hæc causam gratis offert reconciliationem & salutē, misericordia fiat certa, sicut Paulus ait, gratis saluati estis.

Augustinus hoc nomine repræhendit meritum, quia virtutes sūt dona Dei, quod eis nos concedimus ut supra dixi, tamen aliter repræhendimus meritum. Negamus nostras virtutes & benefacta digna esse vita æterna, sicut constat ex hoc dicto. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Cæterum cū lex præmia reddat pro meritis, Et virtutes ac benefacta nostra sint quædam legis impletio, merita sunt, et merentur sua præmia tum corporalia, tum spiritualia, in reconciliatis.

Addam & quædam scholastica argumēta  
nō tam ut aduersarijs respondeā, quam ut his  
cauillatio

# IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM.

cauillationibus agitatis quæ interdum nos  
bis ipsis obstrepunt, res fiat illustrior.

Opera contra legem Dei sunt peccata;  
Igitur bona opera sunt iustitia.

Consequentia valet ex natura contrariorum:  
Iustificant igitur bona opera. Respondeo. Bo-  
na opera essent iustitia & verè iustificaret, Si le-  
gi Dei satisfacremus. Constat autem homi-  
nes non satisfacere legi Dei. Ideo necesse est  
quærere aliud, appter quod iusti reputemur.

Aliud. Iustitia est obedientia erga totam le-  
gem.

Bona opera sunt obedientia erga legē.  
Igitur bona opera iustificant.

Primum neganda est minor. Nam bona  
opera non sunt perfecta obedientia erga legē.  
quia natura humana repugnat legi Dei. Dea-  
inde ad maiorem respondendum est, Iustitia  
legis esse obedientiam erga legem. Sed quia  
hanc non præstamus, Ideo Euangelium  
offert gratuitam iustificationem. significat  
igitur

## ARGUMENTVM.

Igitur iustitia in Euangelio relativae imputacionem iustitiae, qua per misericordiam accepti sumus, non propter dignitatem nostrorum virtutum, sicut saepe in Psalmis usurpat iustitia. Et iustitia tua exultabunt, id est, qua polliceris te per misericordiam nos approbare, ac recipere.

Aliud. Peccatum est odium Dei.

Igitur dilectio est iustitia.

Respondeo verum est dilectionem esse iustitiam legis, sed quia homines non satisfacunt legi, ideo nec verè diligunt, nec sunt iusti propter dilectionem. Sed querenda est misericordia.

Aliud. Iustitia est in voluntate, Fides autem in intellectu est. Igitur non iustificamur fide. Ad hoc propriè sic respondendum est. Iustitia legis significat nostram obedientiam, nostras virtutes & qualitates in voluntate nostra. Sed hic iustitia significat relativae imputationem iustitiae. Docemus n. homines reputari iustos hoc est acceptos, non propter propriam qualitatem, sed propter aliud extra nos, scilicet propter Christum, per misericordiam. Et tamem hanc misericordiam fide accipi oportet.

E

## IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM.

Et est fides non solum noticia, sed in voluntate velle & accipere promissionem. Et concipiatur cum assentimur promissioni Dei, qua cum erigimur, spiritus sanctus simul per verbum mouet corda ad credendum. Neque tamē iustificat fides propter suam dignitatem, sed ideo reputamus iusti, cum credimus, quia misericordiam apprehendimus.

Postremo & hoc monendi sunt lectores, cum fidem ornamus, vera & proprie Christiana opera predicari. Nam Christiani præcipue debent in omni vita, in omnibus afflictionibus, negotijs, in omni inuocatione, fidem exercere & experiri. Hæc summa opera obruunt aduersarij nostri, quia tantum docent externa officia.

Item non potest cultus & inuocatio Dei existere cum dubitatione, iuxta illud. Quomodo inuocabunt, si non credant. Cum igitur aduersarij non recte doceant de fide, relinquent conscientias in dubitatione. Ita in totum tollunt verum cultum & inuocationem Dei. Quod autem vociferatur se quoque de fide docere, falsum est. Nam & dubitare iubent, & ut non iubeant, tamen illud doctrinæ genus

## ARGVMENTVM:

nus in quo negant gratis ignosci hominib. ne  
cessario parit dubitationem.

Hanc Methodum spero & ad Pauli causam, & ad cognoscendam iustificationis & dei naturam profuturam esse. Deprehendet autem lector eadem me saepe in toto commētatio, pleraq; etiam ijsdem verbis repetiuisse. Has ταυτολογίας condonari mihi peto in tanta caussa, Retinui n. eandem sermonis figuram quodam seu probabili seu immodico studio proprietatis, quæ maxime videtur afferre lucem rādifficili cōtrouersiæ Nam valde opus est propriè intelligere hanc caussam, cum res maximas complectatur, de quibus necesse est conscientias aliquid certi tenere, neq; intelligi regnū Christi nisi hac caussa cōstituta potest, Necq; verè coli, necq; verè inuocari Deus potest, nisi hoc doctrinæ genere liberentur animi à dubitatione, Quoties scriptura prædicat regnū Christi ac iubet nos letari, cōfidere, sperare, omnes illæ sententiæ excutiuntur nobis, si cogitemus eas pendere ex conditione dignitatis nostræ. Psalmus inquit, Letentur & exultent gentes, quia recte iudicas populos, & gentes in terra dirigis. Hæc si cogitem⁹, tunc nos letari debere tunc nos regi ac defendi à Christo cum digni erimus, Cum habebimus virtus

# IN EPISTOLAM PAVLI AD ROM.

virtutes & habitus, quos sic vocant, nunquam statuemus illas sententias ad nos pertinere, nunquam statuemus nobis regnum Christi fore praesidio. Semper exercebunt conscientias dubitatio, diffidentia & desperatio, nisi sciamus hoc esse regnum Christi, quod gratis recipimus per misericordiam a Deo, non propter nostra opera, aut habitus, aut nouitatem, modo ut confidamus Christo. Hoc beneficium commendant Psalmi, propter hanc gratuitam misericordiam iubent nos agere gratias Deo, letari, laudare Deum. Ad hanc Pauli doctrinam recipias quoties illa se offerunt in scripturis de spe, de laudando Deo, quod adsit, quod tueatur nos.

Porro contra totam hanc causam afferri nihil speciosius potest, quam si quis disputeret hanc non esse sententiam Pauli, quam nos interpretamur. Nec enim ignoro varie enarrari Paulum. Nec mihi difficile esset, homini nec copioso neque astuto, totum Paulum transformare in varias sententias. Sed si volumus verè & simpliciter iudicare, ex perpetua Pauli oratione, compieremus hanc verè summam disputationem eius esse, quam recitaui. Ad haec ex alijs scripturis certò constat, gratis remitti peccata.

In hoc insunt certa quæ Paulus

Ius

## ARGVMENTVM.

Ius docet. Quare si quis nostram interpretatiō  
nem reprehendet, is primum hoc planum fa-  
ciat, non remitti gratis peccata propter Chri-  
stum. quod si quis senserit, faciet incerta om-  
nia & totum Euangeliū abrogabit. Postre-  
mo neminem puto tam aut hebetem, aut im-  
pudentem esse, vt aut nō videat aut diffimu-  
let hoc verē tradi à Paulo, quod peccata gra-  
tis remittantur. Hoc autē caput est negotij, q  
constituto, certa quæ dixim⁹ sequi ne-  
cessē est. Nunc accipe lector Pau-  
lum, quem ita tibi familiarē  
facito, vt eius sententiā  
semper tecum ani-  
mo circum fes-  
ras, sem-  
per  
in eam intuearis in ome-  
nibus nego-  
cijs ac pes-  
riculis.

Caput Prī

# IN I. CAP. AD RONA.

Paulus seruus.



Pigrapha, quæ admodum  
dum sit in Epistolis, propria  
fixa est. Paulus Roma  
nis optat gratiæ & pa  
cem. Sed inserta est lo  
giuscula descriptio of  
ficij Pauli. Item descrip  
tio Euangelij. Porro  
necessaria causa est cur  
officij mentione faciat, ut Ecclesia sciat doctri  
nae Pauli credendum esse, tanque voci Dei de  
celo sonanti, sicut Moses allegat autoritatē  
Dei. Locutus est Dominus Deus cunctos ser  
mones hos, &c. Quare & Paulus cum affe  
rat nouam doctrinā de voluntate dei necessa  
rio præfatur, se authore Deo docere, nec affer  
re suum inuentum, sed afferre alienum ver  
bum, videlicet verbum dei, ut sciamus, tuto  
ipſi credi. Hæc igitur vocabula omnia, Seruus  
Iesu Christi, Apostolus, & quidem peculiare  
riter vocatus à Deo, & ad Euangelium dele  
ctus, de ministerio seu officio Pauli intelligat  
ur. Origenes hic intempestive rhetoricitur,  
de seruitute et libertate conscientiæ, cum Pau  
lus hic non loquatur de priuata seruitute aut  
libertate conscientiæ, Sed de officio, vocat se

D seruū

COMMENT. PHILIP. MEL.

seruum, quia gerit officium pertinens ad regnum Christi. Quod ait vocatus, testatur se non auctoritate humana electum esse, sed divinitus vocatum esse, sicut in Galatis exposuit copiosius.

Porrò hi loci qui de auctoritate Pauli loquuntur, Primum conscientias nostras confirmant, ut doctrinæ eius certo credamus & sciamus vere verbum dei esse. Deinde opponuntur suis furiosis hominibus, qui vociferantur Paulum hominem fuisse, nec magis ipsi erendum esse eis neotericis doctoribus & Episcopis. Aduersus huius calumniam debent opponi testimonia vocationis, quod profiteretur se non suum inuentum, sed alienum verbum afferre, se accepisse Euangelium non a hominibus, sed per reuelationem, sicut ait in Galatis.

Deinde describit genus negotij, vocat se Apostolum, & quidem delectum, ad praedicandum Euangelium, hoc loco meminisse letorem oportet, aliud Legem, aliud Euangeliū esse, de qua re supra dictum est. Testatur igitur se missum esse, ad nouum quoddam doctrinæ genus praedicandum, non ad phisiosophiam, aut legem docendam. Subiicit igitur quandam descriptionem Euangeliū, ut expo-

## IN I. CAP. AD ROMA.

Exponat quid noui doceat. Euangelium, inquit, est sermo de filio Dei Iesu Christo. &c.

Quod autem Paulus inquit Euangelium promissum esse per Prophetas, admonet qd in illo genere doctrinæ afferatur, vix, quod non tantum historiam quandam de Christo afferat, sed afferat ingentia illa beneficia, quæ propter Christum humano generi promissa sunt, quasi dicat, Euangelium est sermo in q docemus homines propter illum filium Dei gratis liberari à peccatis, ab ira Dei, & à morte æterna. Nam iudæi audito nomine Messiae seu Christi, omnino intelligebant proponi redemptionem & saluationem.

Est & tacita occupatio in hac allegatione Prophetarum. Si quis obiectat, Quomodo Paulus promittit salutem ex hoc novo genere doctrinæ, An alij antea non sunt saluatoris? Item, cum antea quoq; fuerit populus Dei, non est recipienda doctrina ignota populo Dei, qui antea extitit. Has obiectiones anteuenient cum allegat Prophetas. Significat hoc verbum ita antea etiam reuelatum esse, et habere testimonia populi Dei, & Prophetarum. Hoc ipso verbo Patriarchæ & Prophetæ facti sunt populus Dei & saluatoris sunt. Est & exemplum obseruandum, q Paulus doctrinam suā autoritas

D ij toritas

## COMMENT. PHIL. MEL.

toritate scripturæ probat, ne quid doceamus  
in Ecclesia sine autoritate scripturæ.

Addit hoc & propter promissiones, ut res  
stetur eas impletas esse, Quod ait Christū na-  
tum esse ex semine Dauid secundum carnē,  
significat autem duas naturas esse in Christo  
cum diserte addit, secundum carnem, quod  
videlicet Christus acceperit humanam natu-  
ram ex semine Dauid.

**Qui declaratus est esse filius dei**

Deinde addit, qui declaratus est esse filius  
Dei. Vetus translatio incommodo vertit, qui  
prædestinatus est, & id vocabulum peperit  
multas ineptas disputationes, quomodo Ch-  
ristus fuerit prædestinatus. His disputationis  
bus hoc loco nihil opus est. Nam græce lea-  
gitur ὁ προστατευόμενος, quod haud dubie significat  
promulgatum, seu renunciatum, seu decla-  
ratum, seu demonstratum esse per resurrec-  
tionem. Nam resurrectio testatur Christum  
esse filium Dei, & viatorem mortis. Verbū  
ὁ προστατευόμενος sonat græcis ferè idem, quod nos  
de magistratibus dicimus designatos, pro-  
mulgatos & renunciatos esse. Intelligimus  
igitur de testimonio erga nos, quod resurrec-  
tio Christi, donatio spiritus sancti, et alia mi-  
racula ostendant eum esse potentem, & natu-  
ræ filiu-

## IN I. CAP. AD ROMA;

¶ filium dei, atq; illum ipsum Messiam qui promissus est. Hæc interpretatio de testimonia erga nos satis plana est. Nam per hæc testimonia declaratur seu promulgatur Christus non solum esse filius Dauid, sed vere filius dei saluator & omnipotens. &c.

### In potentia.

Id est, declaratus est esse filius Dei potens, significat autem hæc particula eum esse Deū potentem & efficacem, & non tantum hominem imbecillem subiectum morti, sed potenterem, qui viuificet & liberet à morte, et aduersus potestatem diaboli & mundi tegat ac defendat nos. Cæterum sciendum est, q; appellatio filij Dei non debet tantum diuinæ nature in Christo tribui, sed toti personæ. Ideoq; hic valde apte loquitur Paulus, filij Dei appellationem ipsi personæ tribuens. De filio suo inquit, Qui natus est secundum carnem ex semine Dauid, & declaratus est esse filius Dei, &c. Hæc de persona dicuntur.

Postea addit de altera natura, Potens, & quidem describit potentiam, cum addit, secundum spiritum sanctificantem. i. quia dat spiritum, quo sanctificat, hoc est, quo liberat homines a peccato, & à morte, & viuificat, & hoc proprium dei opus est, dare spiritum san-

D iii c<sup>um</sup>

## COMMENT. PHIL. M<sup>EL</sup>.

Etū, quod cum tribuit scriptura Christo, clare testatur eum natura Deum esse. Ita inserta est brevis quidem, sed magnifica descriptio Christi, in qua & personam, & proprium officium Christi descripsit.

Estq; hæc summa epigraphes. Paulus mis-  
sus ad docendum Euangeliū, quod prædi-  
cat Iesum Christum esse filium Dei & viuifi-  
catorem, hoc est, per quem liberentur homi-  
nes à peccato & morte, Romanis salutem op-  
tat. Hæc planè mundo noua doctrina erat &  
inaudita. Non ait se afferre philosophiam de  
moribus aut legem, Sed ait se afferre benefici-  
um mirum & ignotum mundo, q; promis-  
tit liberationem à peccato, & à morte. Quem  
admodum igitur hic descripsit Paulus Chris-  
tum. Ita discamus eum nosse, q; sit potens vi-  
ctor mortis & diaboli, q; viuificet & liberet  
à peccato & à morte. Quod si huius epigra-  
phæ partes pro magnitudine rerum, quas co-  
tinent, explicandæ essent, longa enarratione  
opus esset. Latissime enim patent hæ particulae.  
Iæ. q; Christus sit potens, q; sanctificet & vi-  
uificet, &c. Sed quia eadem alibi repetuntur,  
hic breviores erimus. Interim apud se expen-  
dat pius lector, quas res, et q; magnas epogra-  
pha breuiter & velut in transcurso ostēderit.

Per

## IN I. CAP. AD ROMA

Per quem accepimus

Iterum admonet de suo officio, ut ipsius  
verbo, tanque Dei verbo, credamus, sicut su-  
pra dictum est.

Ad obedientiam fidei.

Id est, ut fide obedientia Euagelio homines  
vbique apud omnes gentes, GRATIA signi-  
ficit favorem dei relativum, seu misericordiam  
PAX significat hebraico more generaliter fo-  
licitatem, seu ut nos dicimus, salutem. Com-  
plectitur igitur pax, pacem conscientiae, & re-  
liqua dona, quibus opus est.

A Deo patre & domino Iesu

Coniungit patrem & Christum, primum  
ut testetur patrem propter Christum nobis pla-  
catum esse & dona dare, Item ut admoneat,  
quomodo certo consequi gratiam & pacem  
possimus, scz, si apprehendamus Christum,  
propter quem illa certo promissa sunt. Sgnifi-  
citat etiam Christum natura Deum esse, quia  
illa dona simul a patre & Christo dentur.

Exordium

Hactenus Epigraphe tractata est, nunc se-  
quitur exordium. Priusque enim instituit di-  
sputationem, præparat lectorem, sicut solet  
scri, & quid em vñus est ijsdem locis quibus

D iiiij vñun

## COMMENT. PHIL. MEL.

vtūtur omnes eruditi in procēmījs. Initio cas-  
piat benevolentiam, cum gratulatur eis con-  
tigisse cognitionē Euangeliū, & offert eis sua  
officia. Postea reddit attentos, cum admonet  
de dignitate doctrinæ, quam profitetur. Est  
q̄ satis apta œconomia exordij. Inchoatur ab  
affectu, à gratulatione, amant enim eiusmoz  
di affectus exordia. Gratulor vobis contigis-  
se cognitionem Euangeliū, & opto vt cogni-  
tio illa crescat apud vos. Deinde addit de suo  
officio. Cupio vos coram docere. Hæc est ex-  
ordij p̄positio. Deinde aduersatiua, sed hacte  
nus ita me detinent harum regionū Ecclesiæ,  
vt ad vos proficiisci non potuerim. Tertio se-  
quitur ratio primæ propositionis, quare op-  
petit & Romæ docere, est q̄ sumpta ex officio  
Apostoli. Quia inquit, debeo docere sapien-  
tes & insipientes. Secunda ratio sumpta est à  
dignitate Euangeliū, & hic locus est attentio-  
nis. Non pudet me Euangeliū, Quia non est  
inanis fabula, vt iudicant homines impij, sed  
est vera, diuina, & efficax doctrina. Prope-  
modum in his quatuor sententijs cōsumitur  
exordium.

Nondum autem disputat sed hæc quæ ha-  
ctenus dixit, prodesse nobis, tanq̄ exempla,  
possunt, quomodo Doctores debent esse so-  
liciti

## IN I. CAP. AD ROMA.

Iiciti pro Ecclesijs. Item quomodo debeant meminisse se habere firmos & infirmos auditores, se<sup>c</sup>q; attemperare captui dissentium, si-  
c ut hic Paulus inquit se esse debitorem sapientiū & insipientiū. Cæterū in his verbis, Non  
pudet me Euāgeliū, est grauissima occupatio,  
quasi dicat, non ignoro mundi et impiorum  
iudicia de Euangelio. Sapientissimi & sum-  
mi homines iudicant nos simpliciter ipsanire  
qui hanc tam absurdam doctrinam amplecti-  
mur. Quid enim videtur absurdius, q; filiū  
Dei crucifigi? Item homines coram Deo pro-  
nunciarī iustos, non propter benefacta, sed si  
credant se propter illum crucifixum Deo pla-  
cere. Hæc videt alij extreme ridicula & stul-  
ta persuasio, alij videtur etiam blasphemia  
esse in deum, Quia cultus dei & bona opera  
videntur extenuari. In genere autem omnes  
accusant eam seditionis, & acerbissime ode-  
runt, & stomachantur indignissimum esse,  
respublicas pulcherrime constitutas, & illam  
optimam & utilissimam harmoniam socie-  
tatis humanæ perturbari per hanc, vt ipsi iu-  
dicant, stultam, commenticiam, & phanaticā  
persuasionem. Et profecto difficile est adver-  
sus hæc scandala, & hæc iudicia sapientum re-  
tinere fidem. Sed Paulus opponit his iudicijs

D v homis

## COMMENT. PHIL. MEL.

hominum egregias voces, ut nos testimonio.  
& exemplo suo erigat. Ad hæc cōfirmat nos  
etiam magnis argumentis, Non pudet me. in  
quit, Euangeliū. Quasi dicat, non perturbent  
vos impiorum iudicia, sed constanter retine  
te hoc doctrinæ genus, scio enim non esse ina  
nem fabulam, sed doctrinam veram, diuinā,  
& efficacem esse. Iam exaggerandæ erant hæ  
particulæ, Est potentia Dei, non hominum.  
Item, Potentia Dei ad salutem, hoc est afferens  
æterna bona. At artes hominum & leges res  
rum publicarum tantum afferunt corporalia  
bona, scz tranquilitatem qualemcumq; præs  
sentis vitæ. Est & hoc obseruandum de mi  
nisterio verbi, quod cum inquit, Euangeliū  
est potētia Dei ad salutem. &c. testatur quod  
Deus vere per verbum efficax sit, & dei spiri  
tum sanctum per verbum. Quare fugiendi  
sunt anabaptistæ & aliij quidam philophastrí  
qui nouas illuminationes sine verbo Dei &  
extra verbum Dei querunt, Euangelium est  
potentia dei ad salutem, id est, est instrumen  
tum, per quod deus potenter agit, seu efficax  
est, &c.

Omni credenti, Iudeo &c.

Testatur Euangelium pertinere ad Iudæ  
os & Gentes. Item testatur salutem offerri nō  
pro

## IN I. CAP. AD ROMA.

propter opera, sed credentibus, Nam cum dicitur credenti, fiducia intelligitur solius misericordiae, non nostrarum virtutum. Sed hac re infra prolixius dicendum erit.

### Iustitia enim Dei

Ratio est proximae particulæ. Confirmat enim Euangelium esse doctrinam, quæ salutem affert. Confirmat autem ex materia Euangeli, quia recitat quid in summa doceat Euangeliū, quia, inquit, patefacit iustitiam Dei, ex fide in fidem, hoc est, affert nouum quodam doctrinæ genus, quod prædicat iustitiam Dei ex fide, hoc est, quod deus velit homines pronunciare iustos gratis, & per misericordiam, si tamen id credant. Nam Lex antea tradita, prædicauit iram Dei, non prædicauit iustitiam Dei ex fide, hoc est, non prædicauit, quod deus velit homines per misericordiam gratis reputare iustos. Nam quod ait ex fide, opponit misericordiam iusticiæ legis, Quasi dicat, illa iustitia patefit, quæ fide accipitur, non quæ redit deo nostram perfectionem. Nam iustitia legis est, non accipere à deo reconciliationem & acceptationem, Sed potius Deo exhibere nostras virtutes, & legi satisfacere. At iustitia fidei accipit à Deo misericordiam, videlicet, remissionem peccatorum & reputationem iustitiae,

## COMMENT. PHIL. MEL.

stitione, & accipit haec misericordia gratis. Aliam igitur iustitiam praedicit Euangelium q̄ lex, hoc est, alio modo docet Euangeliū nos reputari iustos, q̄ lex. Lex docet nos reputari iustos, si legem fecerimus. Euangelium cōtra affert remissionem peccatorum, & pronuntiat nos iustos, non propter impletionem legis, aut virtutes nostras, sed propter Christū, per misericordia gratis. Et haec misericordia non potest accipi nisi fide. Ideo inquit illa iustitia patet, quæ fide accipitur, Nam fides assertitur promissione Dei, & est fiducia promissa misericordiae Dei, Ita promissa misericordia & fides habent se correlatiue.

Cum igitur dicitur homines fide iustificari, statim mens requirere debet correlatiuum & intelligere, q̄ iusti pronunciemur per misericordiam gratis, ita demum intelligi poterit, quod sola fide iusti pronunciemur, quia non aliter potest apprehendi misericordia, nisi si fide. Nec est somniandum q̄ fide iusti sit ideo, quia sit quædam in nobis noua qualitas & virtus. Si enim propter nostras virtutes, & nostram mundiciem, iusti essemus, non pronunciaremur iusti, per misericordiam. Videlicet autem ut genus sermonis recte intelligatur, Iustitia Dei significat acceptationē diuinam,

## IN I. CAP. AD ROMA.

divinam, seu imputationem iustitiae, qua deus  
us reputat & pronunciat nos iustos. Ex fide  
in fidem significat, sicut ex ihs, quae iam dixi-  
mus, intelligi potest, ex imperfecta fide in fi-  
dem perfectam, quia debet in nobis crescere  
fides, ut q̄ certissime statuat cor, Deum vere  
nobis velle ignoscere, velle propicium esse.  
Hæc certitudo non sine magna dimicatione,  
comparatur. Postremo & hoc meminerit lea-  
ctor, q̄ in locis attentionis solet propositio et  
summa caussæ tradi. Ideo Paulus hic obiter  
simul tradit totius Epistolæ propositionem.

Iustus ex fide viuit,

In fine addit testimonium ex scriptura. Iu-  
stus ex fide viuet. Grauissima sententia est, &  
naturam fidei præclare describit. Duo enim  
tribuit fidei, videlicet, Iustificationem & vi-  
uificationem. Fide iusti pronunciamur, & fi-  
de viuificamur. Quia fides dum consolatur  
corda, & erigit conscientias, dum credit pecca-  
ta remitti, & Deum esse placatum propt̄ Chri-  
stum, affert pacem, gaudium, & vitam ani-  
mis, sicut infra dicitur, Iustificati ex fide, pacem  
habemus. Sed quidam astuti varie cauillan-  
tur hoc testimonium, Paulum aiunt detor-  
quere ad fidem in Christo, cū in Abacuc non  
fiat mentio de fide in Christum, sed in genere  
de pas

## COMMENT. PHIL. MEL.

de patientia dicatur. Iustus ex fide viuet, <sup>Sic</sup> interpretantur, si cōstanter manserit in bonis operibus, nec defecerit à Deo. Ad has cauillationes facile est respondere. Primum Abacuc loquitur de expectādo Christo, id quod tex tus clare ostendit. Deinde omnis fides erga Deum, hoc est, fiducia misericordiæ Dei complectitur fidem remissionis peccatorum & reconciliationis propter Christum, Etiam cum accedunt alia atq; alia obiecta externa. Norāt enim patres se per misericordiam consequiri remissionem peccatorum, propter futurum s̄men. Sciebant promissam esse remissionē peccatorum, ideo quacunq; de re agebant cum Deo, prius apprehendebant illam promissiōnem misericordiæ & remissionis peccatorū. Dauid expectans victoriam, credit se habere deum propicium per misericordiā iuxta promissionem, &c. Quare dicta de fide in genere, tamen significant fiduciā misericordiæ. Nec significat in scripturis fides simpliciter cōstantiam, sed significat fiduciā misericordiæ Dei, Et hæc fiducia misericordiæ affert gaudium, & pacem, & vitam animis, ideo inquit, Viuet fide. Quare facile est refutare calumniam de constantia operum, & similes cauillationes. Hæc de exordio, in quo etiā nondum dispuçat. Tamen hi loci magnam doctrinam

# IN I. CAP. AD ROMA.

continent, qd Euangelium sit potentia Dei,  
Vbi docet nos de ministerio verbī & efficacia  
eius, Item, qd ait iustitiam ex fide in Euangeliō  
reuelari, & citat hanc sententiam, Iustus  
ex fide viuet. Hi loci sunt ponendi inter testimoniā,  
quæ confirmant quod fide iusti pronunciemur, hoc est, quod per misericordiam  
propter Christum gratis pronunciemur iusti  
non propter nostras virtutes.

Est & supra hic locus obseruandus, quod  
ait, Cui seruio in spiritu meo, in Euangelio si  
in Dei. Dicit enim hoc officium docendi esse  
verum & spiritualem cultum Dei, & oppo-  
nit eum Leuiticis ceremonijs, Quasi dicat, ha-  
bemus & nos in Nouo Testamento cultum  
Dei externum, non quidem mactationes pe-  
cudum, & similes ceremonias, sed alios cul-  
tus longe superiores scz prædicationem Eu-  
gelij, cognitionem Euangelij, confessionem,  
inuocatiōem. De his cultibus passim loquuntur  
Psalmi, vt Tibi sacrificabo iustitiam lau-  
dis, Et hæc sunt opera secundi præcepti deca-  
logi, Dicit autem, seruio in spiritu meo. i. ser-  
vicio cum timore & fide. Nō enim valent cul-  
tus ex opere operato sine timore & fide. Atq[ue]  
hic locus consolatur Doctores Euangelij, &  
hortatur vt pergant hunc cultum deo præsta-  
re, etiā

## COMMENT. PHIL. MEL.

re, etiam si non respondent hominum studia.  
Hortatur & auditores, ut discant Euangeliū  
ac sciant hoc officio Deum velle coli, & hunc  
cultum Deo gratissimum esse. Sed de hacte  
ta re infra dicitur, ubi exponitur tota natura  
sacrificij.

## PROPOSITIONES.

Reuelatur enim ira Dei de cœlo su  
per omnem impietatem & iniusti  
tiam hominum.

Absoluto exordio nunc inchoatur dispu  
tatio. Necesse est autem initio proponere de qua  
re agatur, & quid agatur, & constituere cau  
sæ summam. Hunc morem & Paulus sequi  
tur, Ponit autem duas propositiones, propt  
ea quod per alteram sit gradus ad alteram, nec  
sine priore posterior intelligi potest, & in his  
propositionibus exaggerandis & repetendis,  
propemodum tria capita consumit. Est autem  
prima propositio, Quod Euangeliū arguat  
omnes homines, quod sint sub peccato, hoc  
est, rei peccati & æternæ mortis, nec possint li  
berari à peccato & à morte per propriam ius  
titiam. Altera est, quod homines consequan  
tur remissionem peccatorum, & reputentur  
susti, & liberentur ab æterna morte, non pro  
pici

## IN I. CAP. AD ROMA:

pter propriam iustitiam. Sed per misericordiam, propter Christum gratis. Ethoc sit fide, Quasi dicat, fidutia illius misericordiae, si ve restatuamus, & credamus nobis Deum propter Christum remittere peccata, & propiciatum esse. Hæc propositio principalis est, et statutus caußæ, ad quam postea perueniet. Ac facile intelligi potest, quo consilio Paulus præposuerit illam priorē, In qua accusat omnes homines, Quia non potest prædicari misericordia, nisi prius ostendatur ira Dei, aduersa peccata nostra. Ita sæpe aliâs dictum est, hanc esse propriam Euangelij doctrinam, & summam Euangelij, Prædicare poenitentiam, ac remissionem peccatorum, arguere peccata, et offerre certam misericordiam. Et hoc modo summam suæ doctrinæ apriſſime complex⁹ est Christus ipse, cum inquit, Lucæ vltimo. Ita prædicantes poenitentiam, in nomine meo & remissionem peccatorum. Ideo & hic Paulus orditur à poenitentiæ prædicatiōe, & ponit propositionem primā, Quod omnes homines sunt sub peccato, Hoc est, Rei ira Dei, nec possint liberari ab ira Dei, per propriam iustitiam.

Porrò Euangelium non tantum arguit exerna delicta, quæ etiam ratio arguit, sed ar-

E      guit

## COMMENT. PHIL. MEL.

guit immundiciem cordis, in omnibus hominibus. Ideo dicit. Reuelatur ira Dei de cœlo, hoc est prædicatur in Euangelio super omnem impietatem, & iniustitiam hominū. Hebræismus est, transposita particula, oēm, Quasi dicat, super impietatem & iniustitiam omnium hominum. Postea enim clare dicet se accusare omnes. Impietas, significat vitia, quæ proprie cum prima tabula pugnat, hoc est, contemptum & odium Dei, & significat non tantum externa delicta, sed immundiciem naturalem in cordibus, quæ vacant naturaliter timore Dei, fidutia dei, dilectione dei, &c. Iniustitia generale est complectens peccata contra deum, & homines.

**Qui veritatem in iniustitia detinent,**

Veritatem in iniustitia detinent, Veritatem vocat notitiam dei, hanc dicit detineri in iniustitia, Quia corda hominum non assentiuntur illi notitiæ, nec obtemperant ei, homines sciunt deum esse, deum irasci peccatis, Deo obediendum esse, & tamen huic notitiæ neque assentiuntur, neque obtemperant. Itaque non timent eum, sed furenter contemnunt iudicium dei, & sequuntur suas cupiditates. Proinde, quod ait, veritatem in iniustitia detineri, interpretatur quid prius vocatus

## IN I. CAP. AD ROMA.

ueritatem impietatem. Quia veritatem in iniustitia detinere, simpliciter hoc loco significat habere aliquam notitiam de deo, & tamen non credere illi notitiae, neque obedire, sed contemnere Deum, non timere Deum, non credere, non inuocare.

Quatenus enim Deus cognosci potest, notus est eis.

Paulus addit expositionem & rationem, allegat enim legem naturae, videlicet naturalem notitiam de Deo. Ita cum Euangeliū arguit peccata, allegat legem, & testimonio legis nos conuincit, Quia lex ostendit peccata, sicut Paulus inquit, Per legem cognitio peccati. Distribuit autem propositionem vniuersalem, in accusationem Gentium & Iudaeorum. Ac primum arguit Gentes, allegans eis legem naturae. Gentes, inquit, norunt deum, Neque tamen timent eum, neque credunt ei, neque obediunt ei. Igitur sunt rei aeternae irae, peccati, & mortis. Hæc est argumenti summa, & hanc sententiam his verbis dicit, Deus notus est eis, quatenus cognosci potest, vide licet, quod sit deus, quod sit bonus, quod sit iustus, quod requirat iusta, quod puniat impios, & exaudiat & seruet legi obedientes.

E n<sup>o</sup> Nam

## COMMENT. PHIL. MEL'

Nam hanc notitiam de deo, naturaliter habet homines, quæ quidem est notitia quædam legis, non Euangeli. Non enim possunt homines per solam rationem naturalem statuere, quod Deus velit remittere peccata, quod velit indignis, & immundis esse placatus, quod gratis reputet iustos, quamvis immundos. Hæc non est naturalis notitia, Sed reuelatur in Evangelio. Lex autem requirit conditionem nostræ iustitiae, & docet, quod deus iustificat iustos, hoc est, vere obedientes legi, quod deus exaudiat iustos, hoc est, satisfacentes legi. Nec docet Lex peccata gratis remitti, nec docet homines reputari iustos, et si sint indigni, & immundi, & Legi non satisfaciant. Hinc intelligi potest, qualem de deo notitiæ, ratio naturalis habeat. Habet enim quandam conscientiæ certamine experimur, Vbi cum notitia naturali, & notitia legis, acerrime pulsat Euangelium. Notitia naturalis requirit conditionem nostræ dignitatis, Non potest statuere, quod deus velit exaudire, nisi mundos, & qui legi vere satisfaciant. Et postquam videt mens, naturalem immundiciem, non potest statuere, quod deus velit peccata remittere, quod velit nos iustos reputare, etiam si simus immundi

## IN I. CAP. AD ROMA.

mundi, & indigni, sicut & lex iudicat. Quare valde obseruandum est, naturalem notitiam de deo, quandam legis notitiam esse, non Euangeliū. Nam Euangeliū docet peccata gratis remitti, & homines pronunciari iustos, per misericordiam gratis, et si sint im mundi & indigni.

Quanque autem naturae hominis, quædam legis notitia de deo insita est, tamen hæc ipsa notitia, peccato originis, aliqua ex parte obscurata est, & nunc obruitur in impijs, per alias rationes. Ut cum vident impij, bonis male esse, sceleratis bene esse, discedunt à naturali notitia, propter has offensiones, & iudicant Deum non curare, non respicere humana. Ita delabitur mens humana, in Epicureas opiniones.

Prudentissime autem addit particulam, Deus manifestauit eis, significat enim has notitias deus est, Deus est bonus, deus est iustus, Deus punit iniustos, Deus seruat iustos, diuinatus insitas esse mentibus humanis. Quanquam enim, ut postea dicit, mens ratiocinat aliquid de deo, ex consideratione mirabilium eius operum, in vniuersa natura rerum, tandem hunc syllogismum ratio non haberet, nisi etiam Deus quandam notitiam καὶ προλέπει.

E iii indi

## COMMENT. PHIL. MEL.

Indidisset mentibus nostris, & illa mirabilia  
spectacula rerum, in natura sunt signa, quæ  
commonefaciunt mentes, ut deo cogitent,  
ac illam πρόληψιν excitent.

Inuisibilia enim eius a conditiōne mundi.

Commoratur in descriptione notitiæ na-  
turalis de Deo, ex quibus signis & testimoniis  
cognoscatur Deus, videlicet, ex mirabili-  
bus operibus, in tota natura rerum, Cum  
enim videmus istas certas vires motuum, tem-  
porum, rerum nascentium mirabiles vires,  
humanæ mentis perspicaciam, & intelligenti-  
am præstantiam. Item res publicas, imperiorū  
corseruationes, in tantis tumultibus, rerum  
humanarum, poenas sceleratorum, terrores  
conscientiæ. Hæc omnia sunt testimonia, qd  
sit Deus, qd sit bonus, qd sit iustus, qd aliquan-  
do iudicaturus sit, &c. Hæc & similia vocat  
hoc loco Paulus, opera, in quibus conspicit  
& intelligit Deus, Neq; vero notitia Dei  
Intelligi debet, de speculatiōibus, in quibus  
quæritur de essentia Dei, Sed notitia Dei est,  
notitia voluntatis Dei erga nos, & notitia le-  
gis Dei, hoc est, quod vere irascatur peccantia  
bus, quod vere requirat iusta, quod iniustos  
puniat

## IN I. CAP. AD RONĀ.

puniat, quod exandiat, & seruet iustos.

Hæc est syntaxis verborum Pauli, Inuisi-  
bilia Dei scilicet Potentia & diuinitas eius cō-  
spiciuntur animaduersa in operibus, à con-  
ditione mundi, i.e. in tota vniuersitate rerum,  
Potentia significat, non ociosam potentiam,  
quemadmodum Epicurus fingit Deum otia-  
olum, Sed significat potentiam creatorem, cō-  
seruantem, & gubernantem res. Diuinitas  
significat, non arcanam essentiam, hæc enim  
non conspicitur, Sed significat illa, quæ sunt  
Dei propria, sapientiam, bonitatem, iustitiam,  
seu Deum gubernantem res, curantem hu-  
mana, exaudientem, & seruantem iustos, &  
punientem iniustos. Hæc enim ratio natura-  
liter aliquo modo intelligit, & habet signa,  
& argumenta, collecta ex operibus Dei, in  
tota rerum natura, videlicet, quia intelligi-  
mus hanc vniuersitatem rerum, & corrupti-  
bilem naturam, habere aliquid perpetuam cau-  
sam, & quidem non brutam, quia alioqui  
mens humana perfectior esset, q̄d illa ipsa cau-  
sa. Hinc ratiocinamur, Deum esse, à quo sit  
condita rerum natura, & cum intelligimus  
Deum potentem, conditorem, & conserua-  
torem rerum, intelligimus Deum esse bonū  
& iustum, nec ociosum esse erga homines. In

E iiiij telli-

## COMMENT. PHIL. MEL.

telligimus igitur, Deo obediendum esse. Et cum sit iustus, Deum aliquando iudicaturū esse. Item cum consideramus mentes nostras & intelligimus non per se existere, cogitamus esse caussam aliquām, à qua conditae sint. Cum autem mens intelligat, necesse est, & authorem intelligere. Item cum videmus homicidas non posse euadere. Cum videm⁹ horribiles cruciatus conscientiae, etiam in his qui non timent publica supplicia, ratiocinam⁹ur Deum incutere tales terrores, sequit⁹ igit⁹ aliquādo puniturū esse iniustos. Et hæc ratio ostendit magna imperia in mundo constitui, ac conseruari, ad arcenda & punienda homi-  
cidia. Ac nisi Deus magna imperia conserua-  
ret, videmus ea in tanta imbecillitate eorum,  
qui præfunt, & in tanta malitia hominum,  
nullo modo teneri posse. Item, recte iudicat  
ratio, quod impossibile sit, præstantissimam  
mundi partem, scilicet, homines bonos sim-  
pliciter ad perniciem conditos esse. Cum au-  
tem in hac vita, boni crudeliter vexentur, &  
perdātur, necesse est restare iudicium, in quo  
bonis melius erit. Ita Paulus hic non de vno  
genere operum diuinorum loquitur, sed de  
varijs signis in tota rerum natura, in rebusp.  
in imperijs, in moribus hominū. Porrò hæc  
natura

## IN I. CAP. AD ROMA.

naturalis notitia , aliqua ex parte obscurata est, à peccato originis. Nunc enim tanta est imbecillitas naturæ, ut non constanter assentiantur huic notitiæ, sed patiatur eam nobis excutii. Nec affectus obediunt isti legi æternæ, in animis scriptæ, non timent Deum, non confidunt Deo.

### Vt sint inexcusabiles

Postque recensuit legem, applicat ad accusationem, ut sint inexcusabiles, quicum norint Deum, non ut Deum glorificauerunt, id est, hanc legem habent homines, quæ arguit, accusat, & cōvincit eos, quod peccauerint, sint rei contemptus Dei.

Glorificare Deum, est Deo tribuere gloriam creatoris, & gubernatoris, hoc est, sentire Deum non esse ociosum, sed vere curare homines. Ideoque glorificare deum, est vere time re Deum iudicem, & vere credere Deo, quod exaudiat, & seruet, & expectare, & petere ab eo bona.

Gratias agere, est statuere vere, quod Deo curam simus, quod vitam & alia bona, ab ipso accipiamus, est auxilium & defensionem expectare, & petere à Deo. Videmus itaque quælia peccata primum accuset, Scilicet, impietas, & contemptum Dei in corde. Nam hu-

## COMMENT. PHIL. MEL.

manus animus, propter peccatum originis,  
non obedit notitiae de Deo. Sed vacat natura  
liter timore dei, & fidutia Dei. Non vere sta-  
tuit nos Deo curae esse, non expectat, nec pes-  
tit a deo auxilium, & cum hac impietate lans-  
ctis etiam luctandum est, qui se contra eam ver-  
bo Dei erigunt & confirmant.

### Vani facti sunt.

Sequuntur poenae impietatis, alia peccata,  
sæpe enim & poenae peccatorum sunt pecca-  
ta. Ac præcipui effectus impiæ mentis, sunt  
manifesta & externa blasphemia, & idola-  
tria. Sicut enim impletionem primi præcepti  
videlicet, timorem & fidem, sequitur vera in-  
uocatio, quæ est cultus externus, & impletio  
secundi præcepti. Ita violationem primi præ-  
cepti, videlicet, contemptum Dei, sequitur  
blasphemia, violatio secundi præcepti. Ita am-  
plificat Paulus accusationem, coaceruans pec-  
cata, & effectus peccatorum. Complectitur  
autem duo genera blasphemiarum, videlicet  
philosophos, & idolatras. Disputationes E-  
picureorum, & similium præcipua sunt ido-  
la. Nam alia idola omnia, non prius facta  
sunt, quam corda habuerunt falsas persua-  
siones. Quod igitur hic dicit, vani facti sūt, per  
cogitationes suas, ad utroque referatur, ad phi-  
losophos

## IN I. CAP. AD ROMA.

Iosophos, & idolatras, quod habuerint vānas, falsas, & nihil opiniones, de deo, & has falsas opiniones amplexi sint, tanç; veritatē, sicut Epicurei mira securitate irrident omnes alios, & se solos sapere gloriantur, hoc nomine, quòd ausint contemnere Deum. Porro, mendacium amplecti pro veritate, mera cæcitas est. Ideo sequitur. Obscuratum est insia piens cor eorum, & quia error parit errorē, Ideo impietatem infinita alia peccata, infinitū errores sequuntur. Ideo inquit, cum gloriae rentur se esse sapientes, stulti facti sunt, hoc est ruerunt in omnia genera amentiæ, contra dum & homines. Stulti facti sunt, hoc est, stulti deprehensi sunt, manifeste prodiderunt stultiam suam, vult enim Paulus stultitiam eorum conuincere, & allegat manifesta signa infaniæ, videlicet, quòd coluerint idola, quòd in horribilia vicia inciderint, &c.

Mutauerunt gloriam Dei,

Concionatur aduersus duo genera, quorum primi sunt ~~adversari~~ videlicet philosophi, & alij impij, qui tollunt prouidentiam. Alterū genus est, idolatrarum. Dominatur aut̄ vna principalis persuasio in omnibus idolatris, Duo habent vicia, Securi habent fidutiā propriæ iustitiae, Postea cum aguntur, versantur in per-

## COMMENT. PHIL. MEL.

in perpetua dubitatione. Ita colunt Deum, aut fidutia propriæ iustitiae, aut cum dubitatione, sine cognitione misericordiae promissæ, & Christi. Et in hac dubitatione cumulat cultus, ut mereantur remissionem peccatorū. Deinde ruunt homines magis magisque, ut quicq; affectus est, ita fingit tibi cultum et idolum. Mulieres metuentes pericula partus,inxerunt Lucinam. Rustici metuentes pericula tempestatum, fingunt Iouem tonantem. Sed verum idolum in corde, est illa falsa persuasio. Postea singuli ex suis affectibus affinxerunt plures errores, tribuerunt ipsis idolis, præsentiam Dei, sicut etiam in cultu Sanctorum accidit. Cum curreretur passim ad certas statuas Beatæ Virginis, Annae, & similium. Nam blasphemæ & idolatriæ opinio-nes in animis hominum similes existunt, omnibus temporibus, etiamsi tituli, & vocabula mutantur. Considerandum est igitur, idola triam præcipue esse impiam opinionem de Deo, quæ deum fingit alium, quā re ipsa sit. Epicurei fingunt Deum non curare humana. Ita sculpit animus idolum, ociosi ac surdi Dei. Idolatræ fingunt Deum pro tali cultu ad hanc statuā dare remissionem peccatorum, ita fin-gūt apud animum imaginem deo falsam.

Quas

## IN I. CAP. AD ROMA.

Quapropter tradidit eos Deus,  
Supra arguit impietatem, nunc amplifi-  
cans subiicit alia peccata, contra secundam ta-  
bulam, quæ admonet esse poenas impietatis.  
Id diligenter considerandum est, ut discamus  
timere iram & iudicium Dei, Hæc est enim  
horrenda ira, cum peccata peccatis punit, via  
delicet, vi cœci & indurati ruant homines in  
omne genus scelerum, palam contemnentes,  
& irridentes iudicium Dei. In secunda Epi-  
stola Petri describitur talis status fuisse Sodo-  
morum, & prædictit similem statum futurū  
esse, nouissimis temporibus, Proprie autem  
talis furor sequitur impietatem, Hoc est, Epi-  
cureas opiniones, & idolatriam, Sicut scripa-  
rum est, Glorificantes me, glorificabo, & cō-  
temnentes me, reddam contemptos. Has hor-  
ribiles minas diligenter consideremus, & ti-  
mere discamus. Ad hunc modum hic dicit.  
Ideo tradidit eos Deus in desideria cordium  
suum, id est, impios & blasphemos puni-  
vit, hoc modo videlicet, Quòd passus est eos  
ruere in omne genus flagacij, & postea inquit,  
tradidit eos in reprobam mentem, id est, cor-  
ruptam, execucaram, & induratam, quæ non  
iudicat ampli⁹, quid rectum sit, aut securus. Si-  
cūt ad Ephesios describit impios, cum inquit

Qui de

COMMENT. PHIL. MEL.

Qui dedoluerunt. Quod autem inquit, tradidit, hebraica phrasis est, quae significat permissionem, nec est absurde exponendum, quasi positivus Deus sit author illius furoris, & impellat homines ad peccandum. Peccatum enim oritur non a deo, sed a nobis ipsis, cum natura nostra deserta a deo, non obtemperat deo. Sic autem punit Deus, non quia impellit ad peccandum, sed quia deserit nos, nec adiuuat nos, nec defendit aduersus potestatem diaboli, sed relinquunt nos nostrae imbecillitati. Admonet igitur hoc quoque hic locus, quanta sit imbecillitas humanae naturae, postquam a deo deseritur, sicut Christus inquit, Sine me nihil potestis facere.

Qui mutarunt veritatem Dei,

Id est, verum Deum mutauerunt in idolum, ut Epicurei finxerunt idolum, Hoc est, talem esse Deum, qui non curet humana, non exaudiat, &c. Mutauerunt igitur verum deum, in suam imaginationem, hoc est, omisso vero deo, amplexi sunt suam imaginationem, pro Deo. Sic Idolatræ fingunt Deum talem esse, qui approbet fiduriam nostrorum cultum, aut qui cum dubitatione coli possit. Itaque omisso vero Deo, suam illam imaginacionem amplectunt, & colunt tanquam Deum.

Plenos

# IN I. CAP. AD ROMA.

Plenos omni iniustitia.

Cum arguat gentes, & initio accusauerit impietatem, postea amplificans de effectibus dicat, addit nunc enumerationem effectuum & rhetorica congerie multas species viciorū coaceruat. Iniustitia, genus est. Significat em̄ vniuersalem iniustitiam, complectentem in genere omnem inobedientiam aduersus om̄nes leges, aduersus Deum & homines.

<sup>ωρηψία</sup> est studium nocendi. <sup>κακία</sup> latius patet, <sup>φ</sup> <sup>ωρηψία</sup>, significat enim non solum studiū nocendi, sed etiam prætermissionem offīcij, & affectatā negligentiam. Nam qui lædunt alios, aut certo genere iniuriæ nocent, aut tantum per negligentiam nocent, horum alterum est <sup>ωρηψία</sup>, alterum <sup>κακία</sup>.

<sup>κακοθετία</sup> est malignitas, seu malevolentia, qualis est aliena recte facta calumniari, extenuare, deformare.

<sup>θεσυρίς</sup> Etsi videtur passiue sonare, iniuisos Deo, tamen & græci exponunt actiue, osores dei. Significat autem blasphemos, & pavlam contumeliosos in Deum. Qualis est Sezacharib in historia Esaiæ, aut qualis est Mezentius, apud Virgilium.

<sup>ἀνούστοι</sup> sunt furiosi, vel beluini, qui neque quid deceat, nec quid profit amplius vident aut eue-

## COMMENT. PHILIP. MEL.

aut curant. Sed ruunt præcipites in omnia sc̄lera, & in omne genus calamitatū. Sicut Ca-  
tilina, sicut Thomas Monetarius, & similes  
ſæditiosi, qui cœci ſomniabant, ſe futuros Re-  
ges orbis terrarum, nec videbant ſe ruere in  
manifestum & certum exitium. Breuiter ſig-  
nificat illum furorem & amentiam, qua ac-  
cerſunt ſibi exitium, iſti, quos Deus puni-  
turus eſt. Complectitur autem duo, videlicet,  
deelle moderatū consilium, & deelle con-  
ſcientiam.

Non ſeruantes pacta, qui na-  
turales affectus erga cognatos, & benemerit-  
tos exuerunt, quales ſunt, qui coniuges, qui  
parentes, qui fratres, qui liberos occidunt.  
Item, qui ſunt ingratii, ſunt enim quidam in  
homine naturales affectus, cum ratione con-  
ſentientes, quos præcipit et requirit Deus, Hi  
vocantur ſop̄-ai quorūkai. ut amor erga ſobolem  
mutua coniugum benevolentia, gratitudo  
erga benemeritos. Hi motus naturales boni  
ſunt, et ſi in hoc corrupto ſtatu humanæ natu-  
ræ, aliquo modo contaminati ſint, per concu-  
pifcentiam.

implacabiles, qui ocia ac ſæuitiam  
nō remittunt, qualis erat Saul, quem Dauid  
nullo officij genere placare poterat.

Si quis

## IN I. CAP. AD ROMA

Si quis cupit ordine enumerare hæc vicia distribuat in decalogum. Nulla enim inforsari methodus virtutum cōpendiosior possit, q̄ decalogus. At ordine virtutum animaduerso, facile est & vicio ordine recensere. Virtutes enim quæ exercentur erga Deum pertinent ad primam tabulam. Ut timor Dei, fiducia erga Deum, Inuocatio Dei. Hæc enim significat pietas. Cum his pugnant contemptus Dei, desperatio, blasphemia, idolatria. Virtutes quæ exercentur erga homines, ad secundam tabulam pertinent, ut obediētia erga parentes & magistratus. Non occidere, non furari, non mœchari, nō mentiri. Hic sunt virtutes, iustitia, gratitudo, mansuetudo, castitas, beneficētia, veritas. Cum his pugnant, seditio, prætermissio officij, ingratitudo, odia, cædes, libidines, auaricia, farta, rapinae, calumniæ, arrogantia, perfidia, &c.

### Qui cum sciant ius Dei

In fine obseruandum est, quòd ait, Gentes nosse ius Dei. Significat igitur illam notitiā naturalem, quam vocant ius naturæ, esse ius diuinum. Accusat autem utrosq; videlicet hos, qui externa delicta, habuerunt, & illos qui et si non habuerunt externa delicta, tamē habent immunda corda, & consentientia idō latræ, aut alijs peccatis. Ita in prædicatione

F pœni

## COMMENT. PHIL. MEL.

pœnitentia, legem interpretamur, ut intelligatur non solum argui externa delicta, sed præcipue immundiciem & impietatem cordium. Quare etsi fuerunt aliqui apud gentes honesti et præstantes viri, quales fuerunt Aristides, Fabius, Scipio, Pomponius Atticus, & similes, qui etsi excelluerunt in omnigenere virtutum ciuilium, ramen habuerunt impia corda, nec recte senserunt de Deo, Sed consenserunt impijs opinionibus de Deo, & ido-

latriæ. Et ne quis existimet Paulum exceptare tales præditos illis virtutibus, quasi Euangeliū non accuset eos, mox in sequenti capite incipit huic generi prie cōcio nari.

## CAPVT III.

Nondum

# IN I. CAP. AD ROMA.



Ondum peruenit ad principalem Propositionem, Sed adhuc versatur in declaranda & amplificanda obiurgatione seu accusarione, & hic in secundo capite proprie facit apostrophen, ad illos qui habent bonos mores, & tamen habent impia corda. Occurrit autem, velut taciti obiectioni, poterat enim obijci multos fuisse inter gentes, magnos & præstantes Viros, præditos excellentibus virtutibus, Quales fuerunt, Aristides, Pomponius Atticus, Fabius, et alij magni atq[ue] honesti viri. Ac quæri poterat, quid de his sentiret, num hos quoq[ue] pronunciaret reos esse peccati, & iræ Dei. Incipit igitur Paulus proprie huic generi concionari. Debent autem intelligi generaliter omnes omnium temporum, qui habent fidutiam propriæ iustitiae, & securi iudicant se non esse reos peccati, & iræ Dei.

## Ideo inexcusabilis

Judicare significat, ut saepe aliâs, damna te alios, & sibi arrogare iustitiam. Quisquis iudicas, id est, quisquis securus arrogas tibi iustitiam, pronuncias alios quidem reos esse iræ Dei, te vero non esse reum. Orditur autem à particula rationali, velut conclusione posse, quia ad texit hanc apostrophen, ultimæ

Fn part.

## COMMENT. PHILIP. MEL.

particulæ primi capitî, vbi citauit legem, qđ  
rei sint mortis, & qui mala faciunt, & qui cō  
sentient. Deinde hic ponit minorem, In quo  
iudicas alium, te ipsum condemnas, eadem  
enim facis, Estqđ hic syllogismus integer.

Lex damnat facientes & consentientes,  
Vos Hypocritæ eadē facitis, scz cōsensu,  
Igitur & vos estis rei.

Debet autem intelligi minor, non de exter  
nis operibus, sed de immunditia cordis, vt,  
et si in Attici moribus nihil potest reprehensa  
di, tamen corde Deo male sentit, Non vere tū  
met Deum, nō vere credit, Deo curæ esse res  
humanas, nos à Deo respici, & exaudiri. &c.  
Ethæc immundities cordis, trahit secum alia  
as pestes multas, fidutiā propriarum viris  
um, & propriæ sapientiæ, &c. Ita eadem fas  
cit Atticus, quod attinet ad immūnditiam cors  
dis, quæ palam faciunt alij idolatriæ & blas  
phemii, &c.

### Scimus

Addit Paulus, Scimus quod iudicium  
Dei, secundū veritatem est, id est, iudicat cors  
da, non tantum externa facta.

Cogitas autem.

Deinde addit grauissimam concionem, in  
qua

## IN II. CAP. AD ROMA:

qua adhortatur omnes ad pœnitentiam, hoc est, ut agnoscant omnes se esse reos peccatorum et iræ dei, ac præcipue opus est, hac adhortatione, aduersus hypocritas illos, qui fidutiā habent propriæ iustitiae, Et hic Pauli locus non tantum ad vnam ætatem, sed ad omnia tempora referendus est, semper enim in mundo præstantissima pars hominum versatur in tali hypocrisi, & fidutia propriæ sapientiae, & iustitiae.

## Quod bonitas Dei ad pœnitentiam te inuitat.

Insignis commendatio bonitatis Dei, est in hoc loco, quod differat iudicium & poenam, ut nobis cōcedat spaciū pœnitentiæ. Idem docet parabola de fico, in Luca. xij.

## Redditurus est.

Hie locus, Reddet vnicuiq; iuxta opera, cītatur à multis contra doctrinam de fide. Sed breuiter respondendum est, Paulum completi & fidem, iuxta illud, Omne qd non est ex fide peccatum est. Sed hic addere oportet, Cī fides requiritur, hoc ipsum requiri, ut sentimus nobis gratis, per misericordiam, Deum placatum esse. Nam fides est fidutia misericordiae solius, esset enim incerta fidutia, si pen

F. ij deret

## COMMENT. PHIL. MEL.

deret ex conditione nostræ dignitatis. Igitur Paulus non tribuit iustificationem operib<sup>o</sup>, sed describit iustos à posteriori, hoc est, à fructibus, quales sint. Dabit vnicuiq<sup>e</sup> iuxta opera sua, id est, iustis vitam, iniustis poenam, interim hic non disputat, quid intersit inter fidem & opera, quomodo fides iustificet. Cum autem in hac tota Epistola, hic locus præcipue tractetur, Quod certo per misericordiā iusti pronūciemur, gratis propter Christū, non est vna aliqua particula obiter dicta, detorquenda, contra totam reliquam disputationem. Meo iudicio breuissime sic posset res expediti, Paulum loqui more legis, vbi iustitiæ tāq<sup>e</sup> nostris meritis proponitur merces. At interim Euangelium docet, gratis per misericordiam accipi ea, quæ fides consequitur.

### Non enim qui audīunt

Est & hoc generaliter dictum, non auditores legis, sed factores legis iustificabuntur, id est, iusti pronunciabuntur, sicut in foro Iohannimur. Est enim collatio, quæ in genere docet, qualis sit iustitia legis, scz facere legem, non tantum audire, aut externa specie, & ceteri remonjns profiteri. Necq<sup>e</sup> hoc dicit Paulus, homines legi satisfacere, aut homines non aliter pronunciari iustos, nisi propter legis implexionem

## IN II. CAP. AD ROMA.

tionem. Sed in genere describit iustitiā legis. Verum est enim, q̄ iustitia legis, est facere legem, non tantum audire, aut externis ritibus profiteri, sicut iustitia legum, in qualibet res publica, aut in philosophia, est facere leges, non tantum audire. Et hæc generalis sententia hic sufficit Paulo, qui arguit Iudæos, qd̄ sint rei, quia etiā legem audiant, non tamen faciant. Quomodo autem fiat lex. Item, quo modo placeat, hic non dicit.

Quando enim Gentes, quæ Legem non habent

Dixit impios perituros esse, tum Iudæos, tum Gentes, quæ non habuerunt legem, hæc particulam nūc corrigit, & addit, Gentes etiā habere legem. Habent em̄ legem, quam vocant legem naturæ, hoc est, notitiam naturalem, diuinitus insitam animis hominū, quæ iudicat, quæ sint recta & honesta, & quæ sint turpia. Probat autem cruditissime, q̄ Gentes habeant legem, quia, inquit, habent conscienciam accusantem aut approbantem facta. Habet igitur iudicium quoddam, de recte aut secus factis. Porrò iudicium de rectis aut secus factis, lex est. Est autem hic locus observandus, vt habeamus ex scripturis testimoniū

F iij um de

## COMMENT. PHIL. MEL.

um de lege naturæ, q̄ sit lex diuina. Cum enim inquit Paulus, natura faciunt ea, quæ sunt legis, restatur hanc legem naturā esse, sicut oculorum lumen natura est. Cum autem natura vere sit opus Dei, constat & has naturales notitias, de recti & secus factis, vere esse opus Dei, quales sunt hæ notitiae, neminiē lædas, serues pacta, pareto magistratibus, contrahe coniugium, ale ac defende sobolem, magistratus vim vi depellant, & prohibeant, & similes leges. Et quia hæ notitiae diuinitus nobis inditæ sunt, & cum decalogo consentiūt, recte dicunt Iurisconsulti, ius naturæ ius diuinum esse. Item peccare mortaliter hos, qui violant ius naturæ, sicut peccant mortaliter, qui violant ius diuinum.

### Natura faciunt

Exercuit Augustinum & hic locus, quo modo Gentes natura legem faciant, cum naturalibus viribus, sine spiritu sancto lex non vere fiat. Hæ disputationes Augustini prorsus hoc loco intempestiæ sunt, Paulus enim intelligit naturam de notitia & disciplina naturali, & quod ait, faciunt legem, recte dicit, quia certe homines viribus naturalibus, & intelligunt & faciunt externa opera legis seu ciuilia opera. Inde enim probat Gentes habere legem,

## IN II. CAP. AD ROMA.

re legem, quia intelligent certa opera facienda esse, & certam quandam disciplinam obseruent. Confert enim Paulus hic Iudeos & Gentes, quod ad legem attinet, dicit virosq; habuisse legem, & tantum profecisse Gentes sua disciplina, videlicet lege naturæ, quantum Iudei profecerunt lege Mosi. Interim non dicit eos lege iustos fuisse coram Deo, sed utriusq; tantum externā disciplinam, & ciuilia officia per legem habuerunt. Cōstat autem multis honestos ac præstantes viros inter Gentes extitisse, quorum mores non fuerunt detersores moribus honestorum virorum, apud Iudeos.

Ecce autem tu

Supra accusauit Gentes, hic accusat proprii Iudeos, q; & ipsi sint rei peccati & mortis, & coaceruat quædam eius gentis peccata. Cum autem Iudei legem habentes tamē sint rei peccati, Sequitur q; lex non aboleat peccatum & mortem. Est igitur alia quadam doctrina opus ad abolendum peccatum & mortem, Huc spectat Paulus in hac obiurgatiōe, Iudeorum videlicet, cum adhuc fuerint rei peccati, et si Legem haberent, satis apparere, quod Lex non sustulerit peccatum & mortem.

F v Circūcis

COMMENT. PHIL. MEL.

Circuncisio prodest:

Occupatio est, in qua respondet obiectio  
ni de meritis externorum cultuum, obiec-  
tione bant enim Iudæi, At nos habemus certos cul-  
tus, quibus deus fit nobis placatus. Nec enim  
frustra nobis tradidit hos cultus. Paulus re-  
spondet hos cultus prodesse, hoc est, placere  
Deo, quando legem facimus, hoc est, quando  
corda sunt pia, quando vere timunt Deum,  
ac vere credunt Deo. Nec vero tantum ad  
iudaicas ceremonias, seu cultus externos Ius-  
dæorum refertur hic locus, sed valet omnib⁹  
temporibus, semper enim hæret hic error in  
mundo, qđ Deus remittat peccata, propter cer-  
ta opera, & certos cultus. Sicut nunc Monas-  
chi docent, Deum remittere peccata, propter  
obseruationes monasticas. Item, docent Mis-  
sam ex opere operato mereri remissionē pecc-  
atorum, &c. Aduersus istos errores oppo-  
ni debet hic locus, Cultus externos non pla-  
ceret Deo ex opere operato, Sed si legem facia-  
mus, hoc est, si persona prius sit fidelis, & pla-  
ceat Deo. Et obseruandum est, facere legem,  
alijs intelligi de externa simulatiōe operum  
legis. Sicut certe faciunt legem, qui externos  
cultus obseruat. Sed vere facere legem, est ha-  
bere cor timens Deum, & credens Deo.

Quod

## IN II. CAP. AD ROMA.

Quod si transgressor legis

Conclusio est, q̄ cultus externi non mereat  
antur remissionem peccatorum, Iudaeis impijs circuncisio fit præputiū, id est, cultus externi nihil profundit impijs. Deinde, q̄ sequitur planè rhetoricum Antistrephon est. Ratio cinatur enim ex cōtrario, si impijs Iudaeis circuncisio fit præputium. Igitur econtra p̄ijs genibus præputium fit circuncisio. Hoc adiecit ut omnino Gentes æquaret Iudaeis, & doceat Iudaeos non esse meritos remissionem peccatorum per suos cultus. Item, vt doceret aliam quandam iustitiam, nunc in Euangelio prædicari, postq̄ externi cultus non sunt iustitia.

## DE SPIRITU ET LITERA

Et circuncisio cordis in spiritu  
non litera.

Spiritus significat proprie spirituales motus, quos spiritus sanctus in cordibus excitat scilicet verum timorem, veram fidutiam misericordiae Dei, sicut Christus ait, Quod natum est ex carne caro est, quod natum est ex spiritu spiritus est. Discernit enim Christus, carnem & spiritum, Carnem vocat, quicquid naturalis humana sine spiritu sancto efficit, Spiritus vocat

## COMMENT. PHIL. MEL.

vocat motus, quos **Spiritus sanctus** excitat,  
ita Paulus infra inquit, Legem esse spiritua-  
lem, hoc est, requirere non tantum externam  
& politicam disciplinam, sed in corde motus  
spirituales. Nec vero intelligendum est, qd  
particula spiritualiter excludat, & prohibeat  
ceremonias, sed ceremoniae ipsae sunt res spi-  
rituales, sicut verbum dei, cum recte utimur  
eis, hoc est, cum accedunt ad eas timor Dei &  
fidutia promissionum, quarum signa sunt ce-  
remoniæ. Abraham, David, & similes sancti  
obseruabant ceremonias spiritualiter, hoc est  
& ceremonias seruabant & addebat fidem,  
quæ requirebatur cum ceremonijs. Apud  
nos obseruant Baptismum & cænam Domi-  
ni spiritualiter, qui & ipsas ceremonias obser-  
uant, & addunt fidutiam misericordiæ, quæ  
ostenditur in ceremonijs. Cum igitur iubet  
scriptura spiritualiter fieri præcepta, non pro-  
hibet externas ceremonias, quæ obseruandæ  
sunt tantisper, dum requirit eas Deus. Dauis  
di suæ legis ceremoniæ seruandæ erant, & ta-  
men has seruabat spiritualiter, vt dictum est,  
Nam particula spiritualiter, requirit addi in  
corde timorem Dei, & fidutiam.

Litera est omnis cogitatio & obseruatio,  
qua verbum Dei conatur humana ratio per-  
sepe

## IN II. CAP. AD ROMA.

sese facere sine Spiritu Sancto. Nectantum est  
Ceremoniarum obseruatio, sed etiam conas-  
tus rationis sine Spiritu sancto, ad Decalogū  
& ad ipsum Euangelium imitandum, Ideo  
Paulus inquit ad Corinthios, Litera occidit  
spiritus viuiscat, Hoc est, Spiritus sanctus cū  
fide erigit corda, viuos motus, & vitam æ-  
ternam parit. Litera vero est cognitio, vel  
cogitatio, quæ non viuiscat, ideoq; opponis-  
tur vocabulum litera, viuis ac veris motib;  
cordis. Et quidem litera dicitur, quia est do-  
ctrina quædam, hoc est, imitatio præscripti  
ad quam doctrina & disciplina assuefacti su-  
mus. Quare tota illa iustitia carnalis, qua  
reguntur & assuefiunt homines qui nō vere  
timent Deum, nec vere credunt Deo, videlicet  
opera moralia, cultus, meditationes, &  
orationes, sine vera fidutia, sunt litera. Ac ad  
carnalem iustitiam et disciplinam propriæ per-  
tinent illi conatus, quos vocant actus elici-  
tos, cum ratio ociosa sine veris terroribus co-  
gitat se timere Deum, aut cum cogitat se vel-  
le credere Euangelio, neq; tamen aut terrores  
veros, aut consolationem veram experitur.  
Quanq; autem tales cogitationes sunt simu-  
lationes & hypocrites tamen disciplina ipsa  
necessaria est.

Fallit

## COMMENT. PHIL. MEL.

Fallit autem Origenes, qui singit literam apud Paulum significare sensum grammatis cum, & spiritum allegorias seu metaphoras. Nam etiam allegoriae ac metaphorae, & simpliciter omnis doctrina legis & Euangelij, litera est, cum eam ratio cogitat, aut imitatur sine Spiritu sancto, sine vero timore, et sine vera fiducia, & facile intelligi potest errasse Origenem. Cum enim dicitur, Lex est spiritualis absurdissimum esset, si quis interpretaretur, non esse facienda ea, quae lex in sensum grammaticum praecipit. Sed tantum metaphoras, & allegorias querendas esse. Id certe Paulus non voluit, Nam priusque abrogatae essent ceremoniae Mosaicæ, seruandæ erant, & tamen à sanctis spiritualiter siebant. Nec nobis licet omittere decalogum, aut nostras ceremonias in Evangelio traditas. Quare aliud quiddam significat spiritus, que allegorias aut metaphoras. Ex his facile intelligi potest, quod hic circuncisio iuxta literam significet ipsum opus, sine timore Dei, & sine fiducia, quae cum ceremonia requirit, & haec habet laude, inquit, coram hominibus, id est, est iustitia humana, quae et si ad disciplinam prodest, tamen propter eam Deus non reputat homines iustos. Circuncisio in spiritu significat fidutiam misericordie

## IN III CAP. AD RONA.

sericordiae, cuius promissio addita fuit illi signo, videlicet, Circumcisioni. Porrò non excludit literam circūcisio in spiritu. Patres enim & signum & fidem habebant, Alij qui ex Gentibꝫ crediderunt, fidem eandē hñt, etiā si signum mutatum sit. Et hæc circuncisio spiritus, id est fidutia, habet laudem à Deo, id est, placet Deo, seu pronunciatur à Deo esse iustitia.

## C A P. III.

### Quid igitur præstat Iudæus?

**D**igreditur aliquanto longius ab instituta propositione, Magna enim & difficilis quæstio oritur ex illa iudæorum & Gentium exæquatione, in qua dixit Iudæos nō esse iustos, propter suos cultus & opera legis, nec posse à peccato, & æterna morte liberari, per cultus suos, & opera legis. Iure enim quæri potest, Si non iustificat Lex, Quare data est? Quare præcipit eam Deus? Quare ita vult coli, si nō appro-

## COMMENT. PHIL. MEL.

approbat. Si non pronunciat iustos qui legi  
obedient, cum omnes legum laores sic sen-  
tiant, obedientiam erga leges, iustitiam esse.  
Item quare Iudæi dicuntur populus Dei, si  
non sunt iusti, si nihil interest inter Iudeos &  
Gentes.

Paulus bifariam respondet, Primum affir-  
matiue, deinde negatiue. Primum ait Iudeos  
os præstare Gentibus, & hanc habere præro-  
gatiuam, quod habent promissiones. Et hic  
locus de multis magnis rebus nos docet, scz  
de fine cultuum, & totius politiæ Iudaicæ,  
quare sint institutæ ceremoniæ, latæ certæ lec-  
ges in isto populo. Quia oportuit certum po-  
pulum existere in quo promissiones de Chri-  
sto reuelaretur certo & claro testimonio dei.  
Hunc populum oportuit discerni legibus &  
ritibus, ab alijs omnibus Gentibus. Data est  
igitur lex, instituti sunt cultus & ritus, non  
politicum finem, vt discerneret hanc nationem  
ab alijs Gentibus. Præstant igitur Iudæi Gen-  
tibus, non quod per cultus, & alia opera legis  
meriti sunt iustificationem, Sed q[uod] inter ipsos  
fuerunt reuelatae promissiones, norant igitur  
verbum & promissionem misericordiæ, q[uod]  
aliqui apprehenderūt, & saluati sunt. Magna  
enim

### IN III. CAP. AD ROMA.

enim prærogatiua est, quòd habuerunt verbum, quòd sciebant certo in illo populo extare verbum Dei, & promissionem de Christo. Et quidem promissiones ita sunt æditæ, ut pertineant ad ipsos posteros Abrahæ, quod ex ipsis voluerit Deus sibi populum & Ecclesiam sumere. Itaque aliqui ex Iudæis haud dubie seruabantur,

Quid enim quòd quidam non crediderunt.

Rursum hic obiter alias quæstiones inserit. Vtrum ideo amiserint Iudæi promissiones, vtrum ideo tota gens à Deo damnata & reiecta sit, postquam quidam increduli fuerunt, posic occiderunt Christum. Responderet, Dei promissiones non fieri irritas, sed manerent rastas omnibus, quicunque crediderint, etiā pluri aspernentur. Et hæc est egregia consolatio, quæ in tanta multitudine impiorum erigere nos deberet, ne suspicemur promissiones factas Ecclesiæ irritas esse. Non abolet Deus promissionem de remissione peccatorum, de exaudiendis & seruandis qui inuocant eum. Ideo non absterreat nos multitudo impiorum, quo minus cōfugiamus ad eum, & expectemus certo præfuturum esse, quæ promisit.

G      Omnis

## COMMENT. PHILIP. MEL.

Omnis homo mendax.

Addit antithesin, Omnis homo mendax.  
Quasi dicat, Deus adeo tenax est promissi, vt  
praestet, etiam si omnes homines sint indigni,  
iuxta illud, Omnis homo mendax, hoc est,  
non recte iudicans de Deo, non vere clementis  
Deum, non vere credens Deo. Non igitur pen-  
dunt promissiones ex nostra dignitate, sed ex  
eo, quod Deus verax est.

Vt iustificeris in sermonibus tuis.

Addit in eandem sententiam, & dictum  
Psaltri, Ut iustificeris in sermonibus tuis, id  
est, Dei veritas & bonitas sit illustrior, cum  
seruat pacta etiam indignis. Sed recitemus in  
tegrum versum Psaltri, apte enim citatus est  
& habet egregiam doctrinam & consolatio-  
nem. Tibi soli peccavi, & malum coram te  
feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas  
cum iudicaris. Prima pars docet, qd Deus  
gratis misereatur. Testatur enim quod nihil  
ad Deum afferamus, nisi peccatum. Sic enim  
legatur, Tibi soli pecco, & malum coram te  
facio, Particula solum, referatur ad primā per-  
sonam, ad verbum pecco. Quasi dicat, Ego  
nihil sum nisi peccator, Veno ad te non free<sup>mea</sup>

## IN III. CAP. AD ROMA.

mea justitia, meis benefactis, nihil affero, nisi confessionem peccati.

Deinde sequitur, ut iustificeris in sermonibus tuis, id est, agnosco me esse peccatorē & te solum prædico iustum esse, nos nō esse iustos, sed indigere misericordia. Sequitur, Ut vincas cum iudicaris. I. agnosco me esse peccatorem, & dignum ira & poena, ut cum hypocritæ negant se iure abs te dānari, ego prædicem te vincere, hoc est, iure iralci, iure damnare, Quia nos vere sumus peccatores, & digni damnatione. Hæc primum de confessione nostra sic intelligantur.

Sed rursus addēdum est de misericordia quod mutuum est. Ego nihil afferō ad te nisi confessionem peccati, & oro ut miserearis, ut iustificeris in sermonibus tuis, hoc est, misericordiā imploro, & imploro, non fretus mea dignitate, sed tantum promissionibus tuis. Itaq̄ hanc concedes, ut testatum fiat te esse iustum & seruantem promissi. Item, ut vincas cum iudicaris. Impij & Hypocritæ accusant Deum, quod non respiciat, non curet humana, aut certe q̄ nō seruet promissa. Tu igitur exaudies & misereberis, ut vincas, & exemptionem ostendas, te vere exaudire configentes ad te, ac vere præstare promissa.

G ij Habe

## COMMENT. PHIL. MEL.

Habemus igitur hic insigne testimonium contra fidutiam propriæ iustitiae seu dignitatis, ac maximam consolationem afferet, si ad vsum transferatur, cum enim sentimus nos nihil ad Deum afferre posse nisi peccata, intueramur in hoc exemplum, & meminerimus hic doceri nos, quod gratis offeratur misericordia, &c.

Si autem iniustitia nostra

Ex hoc versiculo oriuntur rursus aliæ questiones, Si gloria dei fit illustrior propter nostra peccata, quare irascitur Deus peccantibus, Siquidem nostra peccata augent gloriam Dei, cum videlicet, ita pronunciat nos iustos, non propter nostras virtutes, sed quia agnoscimur nos habere peccata, & quia sumus misericordiam. Item, si non sumus iusti propter nostras virtutes, quorundam opus erit benefacere. Item videtur sequi, quod pro sit peccare, Ut quo Deus plura ac maiora peccata remiserit, eorum maior fiat misericordiae gloria. Ad hæc absurda nun non respondet, sed abrumpit ea, interim obiurgans hos, qui carnali iudicio diuinis male intellectis. Nam cum iustificat Deus, ita iustificat, ut nouam vitam, nouam sapientiam ac iustitiam afferat, & debemus obedire

### IN III. CAP. AD ROMA.

obedientiam Deo, etiamsi aliud quiddā pro posuit, propter quod iustos pronūcier, cum hæc nostra obedientia longissime absit à pæctione.

#### Quid igitur præcellit

Redit ad primam quæstionem, quid inter se inter Iudeos & Gentes. Et cum supra responserit affirmatiue, Iudeos habere quædā prærogatiuas, hic negatiue responderet Iudeos & Gentes pariter sub peccato esse, hoc est, Iudeos non esse iustos propter opera legis. Itaq; nihil excellunt Iudei, qd attinet ad iustificationem, sed excellunt hoc nomine, quod norant & habebant promissiones, quas qui apprehendebant, iusti pronunciabantur, non pronunciabantur iusti, propter opera legis.

Prius enim contendimus omnes sub peccato esse, Gentes & Iudeos.

Atq; ita redit ad propositionem initio instauram, eamq; repetit & clare iam dicit, qd scriptura condemnat omnes homines, hoc est q; ait oēs sub peccato esse, hoc est, reos esse peccati & mortis æternæ. Id enim significat hæc figura, sub peccato esse, videlicet reū accapti-

G in num

## COMMENT. PHIL. MEL.

uum peccati ac mortis esse. Loquitur autem de omnibus hominibus præter Christum, ac de sanctis etiam, quatenus sine misericordia considerantur. Porro exemplum de Iudeis, accommodandum est ad omnes, omnibus temporibus, qui versantur in bonis operibus moralibus. Cumque negat Iudeos iustos fuisse propter opera legis, sciamus idem iudicandū esse de nobis. Nec valet cauillatio isto ruin, qui interpretantur tantum ceremonijs detrahi iustificationem, non operibus moralibus. Quia si ceremoniae Iudeos non iustificabant, nec moralia opera iustificabant. Nam ceremoniae apud illos non minus habebant mandatum Dei quam moralia.

Non est qui intelligat, non est qui requirat deum.

Paulus citat testimonia quædam ex Psalmis, quibus propositionera repetitam confirmat, quod omnes sint rei peccati & mortis. Sunt autem variae figuræ in illis versiculis, quas omnes prolixè enarrare, non est huius loci. Illud obseruetur quod accusat non tantum ciuitatis delicta, sed peccata contra primam tabernaculum, non intelligens nec requirens Deum. Iam, non contemnunt Deum, hoc est, nemo tantum timet, quantum oportuit, Nemo tamen confisus

### IN III. CAP. AD ROMA:

confidit Deo quantum oportuit. Hanc impie-  
tatem sequitur falsa & hypocritica doctrina,  
& odium veræ doctrinæ, quod hypocritas  
armat ad persequendos & occidendospios.  
Ideo sequitur, Sepulchrum patens est guttur  
eorum, Linguis suis dolose agebat, id est fal-  
sa docent, & ut tueantur impias opiniones,  
& impios cultus, miris dolis oppugnant pio-  
s. Nam guttur significat doctrinam & con-  
silia, Sepulchrum patens significat exitium,  
estq; sententia doctrinam & consilia impiorum  
ad nocendum destinata esse, Nam & impias  
opiniones habent, ac docent quae sunt exitio  
huius, qui eas amplectuntur. Ad haec perdere co-  
nuntur alios qui recte sentiunt. Estq; sepulchri  
metaphora sumpta in genere à foueis in quas  
præcipitati aut lapsi pereunt. Pedes veloci  
ad effundendum sanguinem, hoc est, hypo-  
critæ acerbe & crudeliter oderunt, & student  
perdere pios.

### Contritio & calamitas in viis eos rum.

Hoc et si alii actiue exponunt de studio no-  
cendi, tamen rectius secundum hebraicam cō-  
suetudinem, passiue de poena intelliguntur, q;  
ipsum impium sint in foeciles, sicut Saul in foelix est  
omnia eius consilia, ipsi & reip. securi eueni-  
G iiii unt,

## COMMENT. PHIL. MEL.

vnt, & propterea irascitur Deo, ac desperat.  
Ita non norunt viam pacis impij, hoc est sunt  
infelices in omnibus consilijs & negotijs, ac  
propterea fremunt aduersus Deum.

Scimus autem,

Addit conclusionem vniuersalem. Ut omne os obturetur, & omnis mundus iudicetur  
reus esse. Et quia solemus detorquere obiur-  
gationes ad alios, Paulus diserte admonet,  
quod Psalmi concionatur ipsi populo legis,  
qui versatur in bonis operibus.

Sed quidam qui defendunt homines ius-  
tos esse coram deo, propter bona opera, astu-  
te eludunt hanc vniuersalem propositionem  
Pauli, Dicunt esse Synechdochen, quia vide-  
licet omnium ordinum homines, & plurimi  
peccant, Paulum usum esse vniuersali, per sy-  
nechdochen, & accusare omnes, et si interim  
paucissimi quidam boni sint, quos conueniat  
at excipere ab hac generali sententia, Quia in  
alijs locis scripturæ pronuncientur homines  
iusti propter opera. Ut cum Paulus concios-  
natur Iudeis, et si malos, quorum maxima est  
multitudo, in genere accusat, tamen non viz  
detur accusare paucos quosdam bonos. Per  
trum, Iohannein & similes. Sed sciendum  
est, hanc accusatiōem vniuersalem esse, & de  
omnib

## IN III. CAP. AD ROMA.

Omnibus hominibus secundum naturam a*c*e*p*i*d*ebere, quia nemo satis facit legi Dei. Et Paulus satis cauit in textu ne illa exceptio a*f*a*s*tingi posset, Addit enim, Eo quod ex operis bus legis non iustificabitur omnis caro coram Deo. Hic diserte non solum personi, sed ipsius bonis operibus detrahit iustificationem, ut esset clarior oratio. Est autem plana & clara sententia, quod bona opera non possint opponi iudicio, & irae Dei, non possint pacare conscientiam. Sicut & Psalmus inquit, Non intras in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur. &c. Et sicut hic Psalmi versus generaliter omnia bona opera, Ceremonias, & mores accusat. Ita hic intelligamus accusari ceremonias & mores, quia nec moralia opera possunt pacare conscientias, ut constat. Et loquitur Paulus de iudicio Dei, non de humano iudicio. Ideo addit, coram eo. Quare sic intelligatur, quod cum conscientia agit cum Deo, & certam pacem querit, non possit redi pacata per illa opera, nec per ceremonias, nec per moralia opera, sed confugiendum est ad promissam misericordiam. Atque hinc apparet, quid de exceptione illa iudicandum sit, Nam cum illi, qui in bonis operibus versantur, etiam indigeant misericordia, facile intel-

## COMMENT. PHIL. MEL.

Ligi potest, quod non sint excipiendi, sed pa-  
riter accusentur, & vniuersali particula com-  
prehendi debeant.

Per legem enim agnitus peccati:

Alia occupatio est, de qua tamen infra co-  
piosius dicer. Poterat enim obiecti, Si propter  
legem non pronuntiamur iusti, quare igitur  
lex lata est? Certe legislatores omnes pronun-  
tiati obedientiam erga legem iustitiam esse.  
Ad haec respondet, & nouam quandam &  
inauditam mundo sententiam affert, quod lex  
data sit, non quod tollat peccata, sed ut ostendat  
peccata, ostendit autem cum accusat & ter-  
ret conscientiam.

## DE DUPPLICI VSU LEGIS.

Hic autem sciendum est, duplum vsum  
esse leges. Alter est carnalis, hoc est, ciuilis &  
rationalis. Hic legis officium est, cohercere im-  
pios, rudes & carnales. Intelligo autem legem  
non solum Mosaicam, sed etiam legem natu-  
rae, & omnes honestas leges, & disciplinam  
magistratum. Item doctrinam philosopho-  
rum. De hoc politico usu legis, nihil hic dia-  
cit Paulus. Non enim pertinet ad hanc dispu-  
tationem

### IN III. CAP. AD ROMA

tationē, sed alibi interdum de eo admonet, ut  
cum inquit, Lex est iniustis posita, videlicet,  
ad cohercendos eos. Item, Lex est Pædagogus.  
Requirit enim Deus hanc pædagogiam  
& si non vere satisfacit legi Dei, sed tantum  
externa opera ut cuncte præstat, sine quibus nō  
potest tranquillitas in hac societate ciuilis, ho-  
minum existere. Quare nec natura hominū  
sine legibus, & tali pædagogia & disciplina  
conseruari potest.

Alter usus legis est non politicus, sed per-  
tinens ad conscientiā cum Deo agentem. Hic  
lex tantum accusat conscientias, nunq̄s enim  
legi satisfacit, Ideo ait infra, Lex iram operat.  
Item, Peccatum abundat per legem, videlicet  
conscientia accusata & perterfacta, fugit irā  
& iudicium Dei, desperat & irascitur Deo,  
Ita hic, cum ait, Per legem cognitio peccati,  
intelligatur cognitio, non de ociosa cogitati-  
one, sed de terroribus illis conscientiæ. Tunc  
enim vere lex intelligitur cum accusat, & pec-  
catum tunc cognoscimus, cum perterfacti,  
agnoscimus Deum offenditum esse. Quia pec-  
catum est quo Deus offenditur, Donec  
igitur cœca mortalium mens non vere sta-  
tuit Deum offenditum esse, nondum vere no-  
nū peccatum. Sed de hac re infra copiosius di-  
cendū

## COMMENT. PHIL. MEL.

endum erit. Nūc satis est Paulo breuiter admonuisse, quod cum lex semper accuset, se quatur, conscientiam non posse lege & operibus reddi pacatam & iustificatam.

## PROPOSITIO PRIN<sup>ST</sup>CIPALIS.

Nunc iustitia Dei sine lege &c.

Principalis propositio ac status praecipue disputationis, in hac Epistola, hic instituitur. Nunc sine lege iustitia patefit, iustitia videlicet Dei per fidem I E S V Christi, &c. Estq summa propositionis, quod certo per misericordiam propter Christum iusti reputemur coram Deo, non propter nostra opera, aut nostras virtutes, sed tamen hanc misericordiam fide apprehendi oportet, hoc est, oportet constipere fidutiam misericordiae, quod sit certa propter Christum.

Multa autem hic monendi sunt Lectores. Primum de sermone, quid significet iustus, quid iustitia Dei.

Iustus intelligatur relative, pro eo quod est acceptus Deo.

Iustitia in hac disputatione Pauli, non intel ligatur

### IN III CAP. AD RONA.

Iigatur de nostra qualitate, et si verum est, qd  
nouas quasda qualitates in nobis effici opor  
tet, sed tamen propter aliud extra nos scz, per  
misericordiam propter Christum sumus ius  
ti, hoc est, accepti.

Iustitia Dei significat acceptationem, qua  
Deus nos acceptat.

Iustificari simpliciter & proprie significat  
iustum, id est acceptum reputari seu pronuns  
tari.

De fide constat quod significet non notiti  
am hystoriæ, sed fidutiæ certæ misericordiæ.

Varie autem hæc sententia depravata est,  
Fide iustificamur. Scholastici addunt, fide scz  
formata, hoc est, fide iustificamur propter di  
lectionem Hæc interpretatio simpliciter euer  
tit totam Pauli disputationem. Quia Paulus  
hoc ipsum agit, Fidem non pendere ex condi  
tione nostræ dilectionis. Si enim ideo fide ius  
tificaremur, quia diligimus, nunq̄ esset certa  
iustificatio, quia nunq̄ satis diligimus. Ergo  
omnino repudianda est interpretatio Schola  
sticorum, quia detrahit iustificationem fidei,  
& transferr in dilectionem & iustificationem  
reddit incertam, quia addit fidei cōditionem  
nostræ dilectionis. Et vide q̄ sit absurdā in  
terpretatio. Non potest mens perterrefacta, fu  
giens

## COMMENT. PHIL. MEL.

giens iram & iudicium Dei, diligere Deum, nisi prius fidutiam misericordiae concipiatur, et statuat peccata remissa esse. Quare non potest fidutiam propriæ dilectionis opponer ira & iudicio Dei.

Repudianda est & imaginatio aliorū, qui ideo putant nos fide iustificari, quia fides sit initium renouationis. Hi fingunt nos iustos esse propter nostram nouitatem & qualitatem. Ac propemodum ex Augustino hāc persuasione hauriunt. Sed aliud vult Paulus. Hāc verba, Fide iustificamur, ita recte & germane intelligentur, si in correlatiuam sententiam transformentur, videlicet in hanc. Certo per misericordiā iusti seu accepti reputamur propter Christum. Ita cum dicimus, fide iustifica mur, mēs statim quærat extra nos illud, pp̄t quod iusti reputamur, videlicet intueat̄ misericordiam, & statuat hanc certam esse propter Christum. Quia nihil aliud est fide iustificari q̄ per misericordiā iustificari, & quidem statuendum est, quod hāc misericordia certa sit. Itaq̄ etsi fides est quædam qualitas in nobis, tamen non iustificat, quatenus est nostra qualitas, aut nouitas, sed quatenus apprehendit misericordiam. Ac formaliter iusti sumus, non nostra qualitate, sed imputatione diuina quæ

### IN III. CAP. AD ROMA.

quæ sit per misericordiam, cum tamen nos statuimus hanc misericordiā certam esse propter Christum. Ergo fide iustificari significat, fidutia alieni beneficij, non ullius propriæ qualitatis, sed misericordiæ reconciliari & acceperari.

Hæc diligenter obseruanda sunt, quia nisi hanc sententiam teneamus, conscientiæ nullæ habebunt certam & firmam consolationem, si iudicabunt se Deo non placere, nisi cū propriam mundiciam senserint, & econtra in securis alitur impia fidutia propriæ iustitiae. In summa, obruitur germana & vera cognitio Christi & misericordiæ, si fingamus homines iustos reputari, propter proprias qualitates. Actota doctrina iustificatiōis, apud Paulum eo spectat, ut conscientia possit certo statuere de benevolentia Dei, quia dubitatio est impia, & parit desperationem. Hæc certudo non potest teneri, nisi hanc sententiam teneamus, quam dixi, videlicet, quod certo reputemur iusti per misericordiam, modo ut credamus misericordiam illam certam esse propter Christum. Et Scholastici, quia non animaduertunt hanc certitudinem conscientiæ necessariam esse, ideo non quæsivierunt hanc doctrinam de fide, hoc est, de certa fidutia misericordiæ

## COMMENT. PHIL. MEL.

cordiæ, sed tantum ociosas quasdam virtus  
tes in homine finixerunt, nec considerauerunt  
quomodo conscientia agat cum Deo. cum  
querit remissionem peccatorum, ac iustifica-  
tionem.

Secundo, sciendum est hoc quoq; Cum  
dicimus fide iusti reputamur, tria nos com-  
plete, videlicet, q; remissionem peccatorum  
accipiamus per misericordiam gratis, nec pē-  
deat remissio peccatorum ex conditione nos-  
stræ dignitatis aut operum. Præterea q; renaz-  
ti reputemur iusti, deinceps etiam per miseri-  
cordiam propter Christum, non propter nos-  
stram nouitatem. Tertium est, quod simul  
cum remissione peccatorum, & imputatione  
iustitiæ, gratis offeratur vita æterna, certo p  
misericordiam propter Christum. Hæc tria  
diligenter meminerimus coniungenda esse,  
remissionem peccatorum, imputationem ius-  
titiæ, & donationem vitæ æternæ. Actora  
res eo spectat, ut conscientia reddatur certa, ni  
si enim reddatur certa, ruit in desperatiōem,  
nec credit se exaudiri à Deo, Sed semper fu-  
git, & odit Deum. Tantum mali habet  
dubitatio. Clarissimum autem est, quod  
si remissio peccatorum penderet ex dignitate  
nostrí operis, futura esset incerta. Ideo necessa-  
rio stat

### IN III. CAP. AD ROMA.

no statuendum est, quod gratis per misericordiam remittantur peccata propter Christum, modo ut credamus nobis remitti. Et haec ratio de certitudine simpliciter est *ad hanc*, quia nemo vnde labefactare aut euercere poterit. Ideoque Paulus eam toties inculcat. Deinde, si sentiendum esset renatos iustos esse, propter sequentem nouitatem, & suas qualitates auctoritatis, iterum fieret incerta conscientia. Cum enim nunc legi satisfaciamus, semper dubitaret conscientia, vitrum Deo placeret. Tertio si sentiendum esset, vitam aeternam dari, non gratis per misericordiam propter Christum, sed propter nostram dignitatem, seu qualitates, seu virtutes, seu opera nostra, iterum totaliter fieret incerta. Sed conscientia debet se erigere, & statuere, quod vitam aeternam certo per misericordiam propter Christum accipiat. Inter homines ius seu debitum est certum, misericordia incerta. Sed in Euangelio misericordia est certa, & ut ita dicam, credenti fuisse ac debitum, propter promissionem, sicut in donatione. Haec valde prodest tenere & habere bene meditata, & cum in omni vita, omnibus pijs, tum etiam morituris inculcare, ne sibi hanc certitudinem excuti patientur. Item si sentiendum esset renatos, iustos esse, propter

H

sequē

## COMMENT. PHIL. MEL.

sequentia opera, & deberi eis vitam æternam  
propter illa opera, detraheretur Christo honos  
nos mediatoris. Quia fingeretur renatos ius-  
tos & salvos esse, propter suam nouitatem,  
non propter mediatorem per misericordiam.  
Itaq; propter has duas causas hæc tria coniuncta  
gamus remissionem peccatorum, imputatio-  
nem iustitiae, & donationem vitæ æternæ,  
videlicet ut conscientiæ certiudo teneatur,  
& ne Christo detrahatur honos mediatoris.

### Sine lege.

Sine lege. Mira & ignota mundo sententia est, Christum apparuisse sine lege, seu iusti-  
tiam Dei reuelatam esse sine lege. At mundus  
nihil aliud de Christo cogitat, si quid ei tribuit,  
quam quod sit nouus Legislator, pro-  
pemodum qualis Moses fuit. Et singulis eum  
legem tulisse aliquanto commodiorem legem  
Mosi, videlicet de dilectione abrogatis cere-  
monijs, Quia non conueriebant omnibus  
Gentibus. Deinde colligunt quas leges ad-  
diderit Christus Mosacicis, singulis additam  
legem de non iudicando, de communione re-  
rum, & similia fanatica & seditiosa. Postea  
interpretatur Christum sine lege apparuisse,  
scilicet ceremoniali. Ita corrumptunt Pauli  
sententiam.

Nos

IN III. CAP. AD RO

Nos intelligimus simpliciter de tota legē,  
Christū afferre remissionem peccatorū, imputa-  
tionem iustitiae, & vitam æternam, nō pro-  
pter vllā legem, neq; ceremoniarū, neq; mo-  
rū, sicut alibi cū legem nominat, de tota lege  
loquitur. Et hoc dictū sciamus nihil ad res po-  
liticas pertinere, sed tantū ad conscientiā cum  
Deo agentē. Estq; hæc sententia, Iustitia Dei si  
ne lege patefit in Euangelio, hoc est, Euangeli-  
um affert remissionem peccatorū, imputatio-  
nem iustitiae, & vitam æternā sine conditiōe  
legis, quæ etiā tanq; effectus sequitur reconcili-  
ationem, tamen non est cauſsa, propter quā  
iusti reputemur. Sed propter Christum, per  
misericordiam gratis offeruntur illa, quæ dia-  
xi. Quia si ex conditione operum nostrorū,  
& nostræ dignitatis penderent, simpliciter es-  
sent incerta. In eandem sententiam ait Ioan-  
nes, Lex per Mosen data est, Gratia & veri-  
tas per IES V M Christum adest, id est, Ch-  
ristus non venit vt leges ferret, nec Moses, nec  
Solon est, sed habet aliud officium, gratis do-  
nat remissionem peccatorum, & imputatio-  
nem iustitiae. Gratia em̄ significat remissionē  
peccatorum, & reconciliationē, seu impu-  
tationem iustitiae, quæ fit gratis, nec pendet  
ex conditione Legis, tanquam ex cauſsa.

H n Veris

## COMMENT. PHILIP. MEL.

Veritas opponitur hypocrisi, videlicet vniuersæ iustitiae legis & operum, quæ cum existimat esse cultus dei, tamen dubitat de deo, nec vere de Deo sentit. Et propter hanc dubitationem, totus ille cultus est hypocritis, impietas, & desperatio. Nam conscientia dubitans non vere statuit se exaudiri à Deo, nō vere expectat bona à Deo. Econtra quando Christus apprehenditur fide, tunc demum conscientia statuit misericordiam certam esse propter Christum, vere statuit nos exaudiri. Ita adiicitur gratis veritas correlatiue, quia veritas est proprie fides, qua accipimus reconciliacionem, qua vere statuimus misericordiam illam propter Christum certam esse.

Hinc intelligi potest, quid intersit inter legem & Euangelium. Etiam si lex dicatur habere promissionem vitæ æternæ, tamen lex requirit conditionem nostrorum operum, et nostræ perfectionis. Euangeliū offert remissionem peccatorum, & imputationem iustitiae gratis, ita ne pendeant hæc ex conditione legis. Quod si penderent hæc ex conditione legis, & nostrorum operum, nihil intersit inter legem & Euangelium, & Christus nihil plus beneficij attulisset, q̄ Moles, & tota promissio esset incerta & irrita. Quia si esset sententia dum

### IN III. CAP. AD ROMA:

dum, tunc nos habituros esse remissionē peccatorum, postq; legi satissimā ficeremus, ac deum diligēremus ex toto corde, nūnq; consequere mur remissionem peccatorum, quia nūnq; legi satisfit. Ideo necesse est Euāgelium & promissionem gratiæ, non pendere ex conditiōne legis, & operum nostrorum. Sic accipi debet, q; hic Paulus ait, Iustitia Dei patescit si ne lege, id est, alia quædam iustitia reuelatur q; impletio legis. Nam Euāgelium offert iustitiam, hoc est, imputationem iustitiae, quæ non pender ex conditiōne legis & nostrorum operum, sed gratis pronunciat iustos, per misericordiam, propter Christum, modo ut credamus, seu confidamus misericordiā in Christo oblatam.

Quæ habet testimonium in legi & prophetis.

Occupatio est, quæ occurrit illi quæstioni, de qua supra dixi. Si nunc primum in Euāgeliō patescit iustitia Dei, quomodo Patres, q; tot millibus annorum ante fuerunt, saluati sunt? An ignorauerunt hanc iustitiam? An vero alia quadam iustitia saluati sunt? An nullus extitit vñq; populus Dei ante Euāgeliū? Aut si extitit aliquis populus dei, necesse erit hoc genus doctrinæ de iustitia dei tunc

H in quoq;

## COMMENT. PHIL. MEL.

quoc<sup>e</sup> extitisse. His quæstionibus cū alibi respondeat, tum hic q<sup>c</sup>p. Nam alibi docet Abrahā accepisse promissionem de Christo, quæ vere erat ipsum Euāgeliū, ac docet eum saluatum esse fidutia misericordiæ. Et hæc pmissio semper repetita est, & à Prophetis diligent<sup>e</sup> illustrata, qui passim in cōcionib<sup>z</sup> suis damnat in hominibus fidutiā iustitiae propriæ, & docent Christū fore victimā pro nostris peccatis, & Deum fore hominibus propitiū prop̄ illam hostiam, pontificem, & regem Christum. Iudicant Euāgeliū de Christo Patres, & similes. Si fidutia misericordiæ in Christo promissa, pī omnes saluati sunt, ante mortem & resurrectionem Christi, sicut postea saluatur Ecclesia. Et sicut semper aliquis est populus Dei, ita necesse est semper extitisse certam promissionem gratuitæ misericordiæ. Hæc promissio gratuitæ misericordiæ, non est doctrina legis Mosaicæ, Imo ante legem Mosaicam revelata est, vt in Galatis disputat. Cærerum in Hystorijs legis obiter repetitur. Nam observatio legis erat politica & externa disciplina, sicut apud nos politica & corporalia sunt, leges, mores, & instituta ciuilia, nec efficiebant iustos coram Deo, nec auferabant peccatum, & mortem. Sed in illo ipso populo legis, salvabani

## IN III CAP. AD RONA.

vabantur homines, sola illa promissione, in  
qua cognolcebant misericordiam, ut credere  
possent, ac statuere certo se habere remissionē  
peccatorum, & salutem. Quare in Hystorijs  
legis, & apud Prophetas repeti, tractari, &  
illustrari hanc promissionem, necesse fuit.  
Ideo hic dicit Paulus, extare in lege & Pro-  
phetis testimonia de hac iustitia. Euangeliū  
jam testatur Christum exhibitum esse, & clā-  
re prædicat & offert remissionem peccatorū.  
Hæc testabantur euentura esse, promissiones  
illæ priores factæ Patribus. Quare idem fuit  
Euangeliū de misericordia. Idem igitur  
populus Dei est, qui misericordiā illam quo-  
cunq; tempore apprehendit.

### Iustitia Dei per fidem.

Multas particulæ coaceruat, donec colli-  
git totam definitionem iustificationis, hoc est  
donec diserte & proprie exponit, quomodo  
pronunciemur iusti. Primum inquit, patet  
iustitia Dei per fidem IESV Christi. id est,  
docemus homines reputari iustos, non pro-  
pter legis impletionem, sed propter IESVM  
Christum, si tamen credant se habere Deum  
propiciū prop̄ ipsum. Appellaſt autē iustitia  
Dei, qua Deus nos reputat iustos. Et sic sæpe

H iiiij scriptus

## COMMENT. PHIL. MEL.

Scriptura loquitur de iustitia Dei, Opponit enim eam iustitiae hominum, id est, quam ap- probant homines, quam homines pronuntia- ant esse iustitiam. Estq; dissimilis phrasis lati- norum consuetudini, qui iudicis aut magis- stratus iustitiam de possessione intelligunt, qua magistratus ipse iustus est, & qua punit improbos. Hic iustitia Dei intelligitur, non possessio, sed pro iustificatione, quam foren- si consuetudine sic vocant, pro eo quod est p- nunciari iustum.

Quod addit, Per fidem Iesu Christi, saepe iam dixi, non pronunciari homines iustos, propter fidem, quia fides sit quædam noui- tas ac dignitas in nobis, sed quia aliter appre- hendi misericordia non potest. Significat igitur fides correlatiue fidutiam misericordiæ. Estq; sententia, quod iusti pronunciemur no- propter nostras virtutes, aut nouitatem, non propter opera præcedentia, aut sequentia, sed propter Christum per misericordiæ, & si hac misericordia non potest accipi nisi per fidem seu fidutiam.

Particula erga omnes, plæna consolatiois est, omnibus enim offert remissionem pecca- torum, quare omnes qui ad eam configiunt eamq; fide apprehendunt, saluantur. Et op- poni

### IN III. CAP. AD ROMA

poni debent huiusmodi particulæ vniuersas  
les, periculisis cogitationibus de prædestina-  
tione. Clare Deus offert omnibus remissio-  
nem peccatorum, omnes igitur audiamus hoc  
Euangelium, Sciamus hoc Euangeliū ad oēs  
pertinere, omnes amplectamur, & erigamus  
conscientias his testimonijis.

#### Omnis peccauerunt,

Obiter repetit Antithesin ex superiori pro-  
positione, quare non sumus iusti propter nos-  
tras virtutes, Quia, inquit, omnes peccaue-  
runt, & carent gloria Dei. Hebraismus est  
verbum, peccauerunt, pro habitu positū est,  
Omnes sunt rei peccati, seu omnes sunt pecca-  
tores, & carent gloria Dei. Id est, sapientia &  
iustitia, qua deus glorificat, hoc est, qua agno-  
scitur, timetur, diligitur Deus. Breuiter idem  
est quasi dicat, Non implet legem. Nam na-  
tura carnalis non facit hoc præceptum, Dili-  
gas dominum Deum tuum ex toto corde,  
non vere timet Deum, non vere credit ei, no  
Vere statuit nos respici & exaudiri, non obe-  
dit volens deo punienti, & conscienti nos in-  
moriem, &c. Sic intelligatur gloria Dei pas-  
sive, pro sapientia & iustitia, qua Deus agno-  
scitur, colitur, timetur, inuocatur, diligitur,  
&c. Sicut infra dicit Cap. viij. Sensus carnis

H v inimicis

## COMMENT. PHIL. MEL.

Inimicitia est aduersus Deum. Si quis mact  
tuit actiue interpretari, erit eadem sententia,  
Carent gloria Dei, id est iustitia, quam Deus  
approbat. Nam quod ad ipsam naturam at-  
tinget, est immersa peccato, & non impletat  
gem Dei. Hæc interpretatio prorsus congru-  
it cū altera. Deinde redit ab Antithesi ad præ-  
sentem propositionem, & pergit addere defini-  
tioni reliquas particulas, seu circumstantias,  
ut intelligi possit, qualem iustitiam prædi-  
cat Euangelium.

### Iustificati gratis ipsius gratia.

Clarius erit, & iustificantur gratis ipsius  
gratia, id est, misericordia. Videlicet autem  
hic clare positam esse exclusiuam particulam  
gratis, quæ iterum docet, quod hæc promissio  
remissionis peccatorum, & reconciliatio-  
nis non pendeat ex conditione legis, & noz-  
strorum operum. Et valet idem quod alias  
diccre solemus, Sola fide homines iustificari.  
Quæ sententia etiam melius intelligi poterit  
mutata in correlatiuam. Sola misericordia  
homines iustificari, & hanc misericordiam  
certam esse. Nec enim significat in renatis so-  
lam fidem esse, imo aliæ virtutes, timor Dei,  
inuocatio, gratiarum actio, dilectio, patiens-  
sia, & similes virtutes, simul concipiuntur,

### IN III. CAP. AD ROMA.

cum eriguntur fide mentes perterrefactæ. Sed particula sola, excludit fidutiam nostrarū vir tutum & operū, & transfert fidutiā extra nos ad misericordiam. Excludit nostras virtutes à caussa, propter quam iusti pronunciamur. Sola fide, id est, solius misericordiæ fidutia, iusti pronunciamur. In summa, excludit nostras virtutes, & opera, non ne adsint, sed à conditione iustificationis, seu excludit conditio nem meriti, seu excludit conditionem legis à promissione reconciliationis.

Et cum dicitur, Fide iustificamur, ut maxime non addatur particula sola, tamen sententia simpliciter exclusiva est. Sicut enim misericordia opponitur operibus & debito, ita cum dicitur, Fide iustificamur, excluditur conditione operum, tanq̄; caussa. Significatur enim quod per misericordiam iusti pronūciemur, nō quia hoc debeat nostris virtutib⁹, aut operibus, & tamen hanc misericordiam certam esse. Et Paulus hoc modo opponit inter se misericordiam, & opera, ac debitum. Quare idem valent hæ duæ orationes, Fide iustificamur, &, Sola fide iustificamur. Et tamen Paulus etiam expresse addit exclusivas gratis, sine lege, sine operibus, donum est, & similes. Hæ particulæ obseruandæ sunt.

Idem

## COMMENT. PHIL. MEL.

Idem enim efficiunt, quod alij dicunt, sola fide iustificamur. Et quidem conscientia in simo agone præcipue disputat, de illa exclusa, utrum Deus velit gratis misereri, & male meritis gratis ignoscere. In eo certamine videntur est his testimonijs Pauli.

### Propitiatorem per fidem,

Deinde addit caussam, propter quam iustificamur, scz meritum Christi, oportuit enim esse aliquod preium, aliquam hostiam, pro peccatis mundi, qua hostia Deus placatus, reconciliaretur hominibus. Hæc hostia Christus est. Valde autem obseruandum est, quod dixit, quem proposuit deus propiciatorem per fidem. Quare addit per fidem? Hæc particula valet contra aduersarios, qui fingunt Christum sic esse propiciatorem, ut tamen non doceant nunc eo uti, sed doceant nos iustos pronunciari, propter nostra opera, & nostras virtutes, ac doceant non fidutiā mediatoris Christi, sed nostrorum operum & nostrarum virtutum. Ut si quis paterfamilias iratus seruatur sum placetur ab amico aliquo, hic amicus impetrat seruo aditum ad dominum, & occasionem bene seruiendi, postea seruus placet domini

### IN III. CAP. AD ROMA.

domino propter propria officia, amicus ille nihil habet iam negotijs. Aut sicut dicimus C. Cæsarem Carolo meruisse in imperio, quia C. Cæsar primum hāc monarchiam constituit, verum nunc nihil agit, sed qui nunc fūt Cæsares, sunt propria virtute. Ita singunt Christum esse quidem propitiatorem, qđ ad principium & occasionem merendi attinet, nunc vero nos nostris virtutib⁹ iustos esse, & Deo placere. Ita sepeliunt Christum, nec docent eo uti mediatore. Nam de fidutia illa in Christū nulla syllaba, nulla litera est in omnibus sententiarijs, nusquā docent opponere fidutiam Christi iræ ac iudicio Dei, nusquā docent uti mediatore Christo, Imo iubent etiam dubitare, vtrum habeamus Deum propicium. Et cum plurimum tribuūt Christo, dicunt eum meritum esse primam gratiam, hoc est, occasionem merendi. Quare hunc locum Pauli, diligēter meminerimus, quòd diserte ait pro priatorem esse per fidem. Id est, Utendum est Christo mediatore, & sic utendum est, sentiendum est, qđ certo habeamus remissionem peccatorum, & imputationem iustitiæ, & vitam æternam fidutia ipsius. Non opponi debent iræ ac iudicio Dei, nostræ virtutes, aut nostra benefacta. Sic & infra fere totidem verbis

COMMENT. PHIL. MEL.

bis dicitur. Per quem accessum habemus fidē  
in gratiā hanc, quasi dicat, accedimus ad De-  
um, ita si utramur Christo, si apprehendimus  
mediatorem Christum.

Ad ostensionem iustitiae suae,  
Epitasis est in particula suae, dicit enim De-  
um in Euāgelio patefacere iustitiam fidei, per  
Christum, vt declaret suam iustitiam, hoc est,  
vt declaret nos non esse iustos, ne quidem cū  
habemus legis opera, sed quōd ipse sit iustifi-  
caturus, quemadmodum in promissiōe pol-  
licitus est, se nouam quandam iustitiam reue-  
laturum esse, quæ aboleat peccatum & mor-  
tem. Si mutetur hæc oratio in verba, erit  
planior, vt declaret iustitiam suam, Hoc  
est, vt declaret, quōd ipse sit iustificaturus.  
Nam iustitia hic significat iustificationem, si-  
cū supra, videlicet iustitiam, qua nos repu-  
tati iustos. Interim & Antithesis tenenda est,  
scilicet vt simul declaret nos non esse iustos,  
nostra mundicie aut operibus. Item, subin-  
dicat promissiones cum ait, vt declaret, quasi  
dicat, nūc exhiberi iustitiā illā olim pmissā.

Per remissionem peccatorum  
quæ prius extiterunt.

Definīcio est præcedentis particulæ, in-  
terpretatur enim, quid dixerit iustitiam. Qd,

### IN III. CAP. AD ROMA.

Si transferas in verba, erit planius, hoc modo, ut declareret, quod iustificet, scilicet per remissionem peccatorum. Ponit enim ipsam definitiōnem, & formale, ut ita dicam, iustificatiōnis. Proprie enim iustificatio est remissio peccatorum propter Christum, ita relative intellegatur iustificatio de reconciliatione & accēptatione. Et remissio peccatorum intelligatur non tantum de externis delictis, Sed de ipsa naturali immundicie. Est itaque iustificatio, iustos reputari, non propter nostras virtutes, aut opera, sed Deo remittente peccata, & immundos & indignos per misericordiam acceptante propter Christum. Ad eundem modum & paulo post definiet iustificationem, in Capite. iiiij. in hoc versu. Beati quorum remissae sunt iniquitates, Quod scilicet iustificatio sit remissio peccatorū propter Christū. Quare nō sumus iusti propter nostras virtutes aut opera, sed sumus accepti propter Christū deo remittente peccata. Hæc est magna consolatio p̄ijs mentibus, intelligere, q̄ iustificatio proprie sit remissio peccatorū. Igit̄ etiā sentimus nos immundos esse, tamē sciamus nos iustos pronūciari, nō propter nostrā iustitiā, sed propter Christum, ac sciamus iustificationem vere esse perpetuam remissionem peccatorum.

Imq

## COMMENT. PHIL. MEL.

Imo si qui non sentiūt se afferre peccata ad Deum, non quærunt iustificationem, cum hac proprie sit remissio peccatorum.

Sed quare addidit in textu, præcedentium seu ut nos vertimus, quæ prius extiterunt. Simplex & germana sententia est, Peccatum prius extitisse, hoc est, hactenus mansisse in natura hominum, nec lege aut operibus nostris peccatum & mortem aboleri potuisse, ac loquitur Paulus non solum de actualibus delictis, sed de naturali immundicie, de radice, & de fructibus. Et ad eundē modū infra dicit, Vsq; ad legem peccatum erat in mundo, id est, Ne lex quidem aboleuit peccatum & mortem, Sed Euangelium per remissionem peccatorum abolet peccatum & mortem. Noz uaciani ex particula præcedentium ratiocinati sunt, tantum remitti peccata præcedētia Baptismum, post Baptismum non remitti peccata. Sed satis appareat Paulum in genere loqui, quandocunq; sit remissio peccatorum aboleriri præcedentia peccata, Non igitur debet desorqueri tantū ad Baptismum. Quare hic locus proflus nihil pronūciatur Nouato. Semper enim aboletur præsens peccatum, cum fide apprehenditur remissio. Mors aboletur, cum fide erigitur mens & consolationem & vitam

## COMMENT. PHIL. MEL.

vitam concipit. Et particula *προτερότοπη* signifi-  
catur, quæ prius extiterūt, quæ prius adiuntur.  
Describit proprium statum ante remissionem.  
Non est exclusiva, quasi postea nemo relabi,  
aut non iterum remitti peccata possint.

Alij magis inepti sunt, qui ex hoc loco dia-  
sporat Christum satisfecisse pro originali pec-  
cato. Item pro peccatis commissis ante eius pa-  
sionem. Sed haec facile reuelli possunt. Con-  
stat enim Christum esse mediatorem omnium  
bus temporibus, & pro omnibus omnium  
statum peccatis satisfecisse, ut Ioānes ait. Nō  
solum pro nostris, sed pro totius mundi pec-  
catis. Et Paulus non dicit Christum tantum  
pro præcedētibus mortuum esse. Sed de fru-  
ctu mortis Christi loquitur, scz de remissione  
peccatorum, ac describit non quo tempore fu-  
erint homines, qui consequuntur remissionem  
peccatorū, sed quales sint omnes omniū æta-  
tum, omnium temporum homines, qui con-  
sequuntur remissionem. Tales enim sūt, qui  
habeant *προτερότατην κακηματην* præsens vitium  
in natura. Verum quid opus est longa enar-  
ratione? Tota res planissima est intelligenti,  
quomodo fiat remissio peccatorum, & quid  
sit remissio peccatorum. Pertinet enim parti-  
cula, præcedentium ad omnes omnibus tem-  
poribus

## COMMENT. PHIL. MEL.<sup>3</sup>

poribus. Semper enim cum apprehendimus remissionem peccatorum, presens peccatum ~~et~~ aboletur. Sic & particula quæ se quitur, quæ tolerat Deus ut declareret suam Iustitiam non tantum referatur ad tempus ante Christū natum, sed ad omnia tempora. Omnibus temporibus tolerat Deus peccata, nec statim interficit homines, et si sint rei mortis æternæ, iuxta illud. Nolo mortem peccatoris, ideo vero tolerat quia promisit hanc conciliationem, & nouam iustitiam, quam frustra pollicitus esset, si mox deleret omnes peccatores. Quare dissimulat interim peccata nostra, & vult nos querere atq; apprehendere remissionem peccatorum & reconciliacionem, sicut eadem sententia Ezechielis testatur, Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & viuat.

Vt sit ipse iustus.

Subindicat Antithesis ut sit ipse iustus, qui si dicat, ne sentiamus nos iustos esse propter nostram munditatem, nostras virtutes, nostras opera, sed ut statuamus nos indigere Deo iustificante per misericordiam. Ideoq; repetivit particulam ex fide Iesu, utclare doceat nos iustificari per misericordiam. Quia fides significat fidutiam misericordiæ Dei, & excludit fidu-

### IN III. CAP. AD ROMA.

fidutiam nostrarum virtutum. Et quidem addidit mediatorem Iesum, ut clare ostendat non fidutia nostrarum virtutum, sed fidutia Christi nos pronunciari iustos

Vbi est igitur gloriatio.

Gloriarī de operibus est sentire quod Deus sit nobis debitor propter nostras virtutes & opera, hoc est, quod debeat pronunciare nostras virtutes et opera esse iustitiam coram ipso, & debeat pro eis vitam aeternam. Breui ter gloriatio proprie est, quod nunc vocantur meritum de condigno. Meriti autem correlatum est debitum. Paulus igitur addit nunc has questiones velut amplificationem, ut rursus admoneat remissionem peccatorum & iustificationem non pendere ex conditione nostrorum operum. Gloriatio cessat, inquit non per legem operum, id est requirentem opera, quia si legem doceremus, si doceamus remissionem peccatorum & iustificationem pendere ex conditione legis, seu operum nostrorum, seu deberi pro nostris operibus, certe non cessaret gloriatio, iure contendent iudei & omnes qui versantur in bonis operibus, sua opera & suas virtutes esse iustitiam, & sine eis non contingere promissionem Euangeli, vere possemus gloriari, &

## COMMENT. PHIL. MEL.

confidere proprijs uirtutibus, easq; oppona  
re iudicio Dei. & petere uitam æternam tan-  
quam debitum pro nosiris operibus. sed cel-  
sat ait gloriatio per legem fidei. id est per dos-  
trinam misericordiæ. Quia docemus quod  
fidutia misericordiæ saluemur, nemo potest  
gloriari hoc est confidere proprijs virtutib;  
& operibus, & tanquam debitum petere res  
conciliationem, aut uitam æternam pro ope-  
ribus, sed pariter accipiū remissionem peccati-  
orum et iustificationem gratis propter Chris-  
tum, et hi qui habent opera legis, & alij qui  
non habent opera legis, si tamen confidant mi-  
sericordiæ i Chri sto promissæ, quia remissio  
peccatorum & iustificatio non pendent ex co-  
ditione legis. Et hanc ipsam sententiam his uer-  
bis addit, arbitramur fide hominem iustifica-  
ri sine operibus legis, id est decernimus ac  
pronunciamus gratis iustificari homines no-  
propter opera seu impletionem legis. Vide-  
mus igitur hanc amplificationem additam ei-  
se tantum ut repetatur illa circumstantia de  
excludenda conditione legis, ut intelligatur  
promissio esse gratuita.

Atq; hic uides aperte Paulum improbare  
meritum condigni quod scholastici tradide-  
runt, qui sinxerunt propter opera deberire  
an illis

### IN III. CAP. AD ROMA

missionem peccatorum, iustificatiōem & vi-  
tam æternam. Hic contra Paulus detrabit no-  
bis gloriationem, hoc est negat nobis deberi  
propter nostras virtutes remissionem pecca-  
torum, iustificationem, ac vitam æternam,  
sed gratis exhiberi testatur modo ut confida-  
mus promissione Christi. Nam ideo dicit glo-  
riationem excludi per fidem quia qui confis-  
dit misericordiæ, non gloriatur suis meritis  
deberi premia, sed gratis accipit propter pro-  
missionem ea quæ offeruntur. Sed obieciet ali-  
quis. Si remissio peccatorum iustificatio &  
uita æterna non sunt debitum, erunt incerta,  
quia quæ non sunt debita sunt incerta. Et sco-  
laſtici quærunt meritum & debitum ut effi-  
ciant hæc certa. Respondeo. Dixi supra miseri-  
cordiam i humano iudicio incertam esse, ius  
seu debitum certum. Sed hic aliter sentiendū  
est. Nam hic misericordia est certa propter pro-  
missionem, quæ quidem gratis offerit remis-  
sionem peccatorum iustificationem. et uitam  
æternam. Et si quis volet vocare debitū prop-  
ter promissionem, non repugno, si modo sic  
sentit, res illas certas esse credenti propter uer-  
itatem Dei, & promissionem in qua gratis  
offeruntur, non propter nostras virtutes, si-  
cūt in humanis contractibus de donatione lo-

I ij quis

## COMMENT. PHIL. MEL.

quimur, quæ est certa et si non sit merces.  
Præterea et si appareat scolasticos ideo debitum & meritum docuisse ut efficerent res illas certas, tamen hanc certitudinem non possest conscientia consequi si sentiat sicut isti docuerūt, res illas deberi propter nostra opera, Nunquam enim legi satis facim⁹, quare semper dubitandum esset utrum digni simus. Itē ut maxime assequeremur illam certitudinem, tamen ea certitudo quam ipsi docent est fiducia proprietum operum, quæ est impia. non est fiducia misericordiæ Dei.

Sine operibus legis,

Diluendæ sunt hic & aliæ cauillationes; Quidam interpretantur Paulum hic de parte legis, scilicet de cæremonijs, & sic accipiunt Arbitramur hominem iustificari sine operibus legis, scilicet cærimanialibus, & negant opera moralia excludi, quia ad Galatas dicitur est. In Christo valet fides quæ per dilectionem efficax est. Hæc cauillatio inde oritur quod quid sit fides non intelligunt. Si enim intellicherent fidem esse fidutiam misericordiæ, facile iudicare possent, opponi eam fidutiam ex diametro fidutiæ nostrorum operū, & excludere nō solū cæremonias, sed etiā alia opera. Opponit hæc inter se Paulus fidem et opera

### IN III. CAP. AD ROMA

opera, hoc est fidutiam misericordiae & fidu-  
tiam operum nostrorum et virtutum nostra-  
rum. Itaque cum vni tribuit iustificationem de-  
trahit alteri in vniuersum. Præterea isti qui  
affingunt illam interpretationem de cærmo-  
nijs, non intelligunt quid sit iustificatio a  
pud Paulum. Intelligunt enim iustificationē  
idem esse, quod nouas qualitates effici in ho-  
mine renato. Atqui debebant intelligere iusti-  
ficationem relatiue pro acceptatione, sumus  
enim accepti ac iusti non propter nostram il-  
lam nouitatem sed per misericordiā. Sed hæc  
misericordia non potest accipi nisi fide. Et qui  
dem sola fide accipitur, quia si penderet ex  
conditione nostrorum operū, fieret incerta.  
Nos igitur intelligamus Paulū loqui de to-  
ta lege in hac tota disputatione, sicut ex viij.  
capite clare apparet, vbi citat præceptū ex de-  
calogo. Item argumenta quæ sequuntur in  
iiiij capite ostendent detrahī etiā moralibus o-  
peribus iustificationem. In summa cum  
promissio remissionis peccatorum & iustifi-  
cationis non sit condicionalis, facile intelli-  
gi potest sola fide, id est solius misericordiæ  
fidutia homines iustificari, quia cum dici-  
mus, Sola fide, excludimus fidutiam nostro-  
rum operum, & nostrarum virtutum, &

## COMMENT. PHIL. MEL.

transferimus fidutiam ad solā misericordiā.  
Sic igitur excludimus bona opera à iustifi-  
catione, quod ad caussam adtinet ne fiat incer-  
ta iustificatio. non excludimus ab effectu, de-  
bent enim sequi bona opera in renatis, et si op-  
era illa non sunt eiusmodi ut pro eis debeas  
tur remissio peccatorum aut vita æterna vi-  
supra satis dictum est.

Illud est ridiculū quod quidam hic inter-  
pretantur legem operum legem Moysi, legē  
fidei legem naturæ. At Paulus legem hic do-  
ctrinā vocat, legem operum doctrinam quæ  
requirit opera, legem fidei doctrinam quæ  
de fidutia misericordiæ concionatur. Et fides  
significat non legem naturæ & rationis, sed  
fidutiam misericordiæ Christi de qua natura  
lis ratio nihil nouit, nec est lex aliqua, sed ad  
missionem Dei pertinet, quam constat iō  
ge aliam esse quam legem. Imo lex naturæ  
est illa ipsa lex operum, quam vocat Paulus  
legē operum, quia est notitia quædam natu-  
ralis cum decalogo consentiens quæ est lex o-  
perum, hoc est doctrina requirens nostra ope-  
ra, & nostram perfectionē seu mundiciem.  
Sed sic est ἀρχὴ οὐκετος, Postquam initio in  
aliqua caussa leuiter erratum est. postea exis-  
tunt infinita errata. Nonnulli scriptores posse  
quam quid sit fides, & quid sit iustificatio nō

### IN III. CAP. AD ROMA.

animaduertunt initio, postea omnes Pauli sententias corrumpunt.

Num iudeorum Deus tantum.  
Detrahit iudeis impiam & inanem fidutiam propriæ iustitiae, & virosq; uidelicet gentes & iudeos erigit cognitione & fidutia misericordiae. Vt rīc; indigēt misericordia. Quare non plus debet Deus iudeis. quam gentibus. Igitur cum gentes pares sint iudeis pariter vtrīc; offertur misericordia. Non est enim προσωποληψία apud Deum. Ideo ait, Non iudeorum Deus tantum. Hæc exæquatio magnam consolationem affert gentibus cū audiunt neminem aliter pronunciaris iustum, nisi per misericordiam, & hanc misericordiam pariter offerri omnibus. & Deum velle coli precipue hoc officio, ut hanc misericordiam accipiamus. Hec consolatio magnifice erigit hos qui non habent bona opera, & hortatur ad accipiendam atq; amplectendam misericordiam. Quod si iustificatio tantum est misericordia, seu remissio peccatorū, nos quoq; qui non habemus iustitiam legis, confugiamus ad hanc misericordiam, nec dubitemus quin nos quoq; pronunciaturus sit iustos. Sciamus vere ad Deum afferri peccata, si quidem iustificatio vere est remissio peccato-

COMMENT. PHIL. MEL.

rum. Quoties autem fit collatio Iudæorū & Gentium in hac disputatione, transferatur exemplū ad nos. Hi qui habent bona opera, sciant se non esse iustos propter propriam iustitiam. Et quia aliquādo experientur se non satisfacere legi, gaudeant iustificationem misericordiam esse, & certo sciant, ita se iustos reputari, si ad misericordiam confugeant, si certo statuāt se propter Christum per misericordiam iustos reputari. Rursus alij qui non habent bona opera, erigant se fidutia misericordiæ Dei, & certo sciant se quoq; iustos reputari, si credant se propter Christum certo habere Deum propicium.

Num igitur legem abolemus?

Brevis & necessaria occupatio est, cum enim audiunt homines, quod per misericordiam iusti pronunciemur, non propter proprias virtutes, & opera, statim obisciunt, Quorsum igitur opus est lege? Quorsum opus est beneficere? Ad hanc questionem infra copiose respondebit. Prius enim hic confirmanda fuit, propositio, quam instituit, Postea explicada illa, quæ obesse videntur. Breuiter tamen hic responderet, Fide non aboleri legem, sed magis confirmari legem, Hæc responsio subobscura

## IN III. CAP. AD ROMA.

scura est, propter breuitatem. Sed cum Paulus  
clare dicat confirmari legem fide, apparet eum  
de impletione legis loqui. Nam confirmari  
legem, est conseruari eam, & fieri. Quare haec  
duo tenenda sunt, Legem sine fide non posse  
fieri, & fide legem fieri.

Quod autem lex sine fide non possit fieri,  
proprie sic intelligi debet. Quando corda du-  
bitant, utrum Deus sit propitius, Tunc non  
credunt se exaudiri, & vel contemnunt Deum  
securi, vel oderunt & fugiunt iudicium eius.  
Quare ad invocationem & ad similia opera  
legis erga Deum, ante omnia necessaria est  
haec fidutia misericordiae, quae sentit nos cer-  
to acceptos esse per misericordiam propter Ch-  
ristum. Sicut infra dicit. Omne quod non est  
ex fide peccatum est.

Item cum nunquam legi satis faciemus, scilicet  
endum est, quod propter Christum acceptimus  
fidutia misericordiae eius, non propter  
legis impletionem. Condonatur igitur no-  
bis quod legi non satisfacimus. Porrors  
nisi hanc condonationem sciremus, semper  
odissemus legem ac desperare mus. Quare opus  
est hac fidutia misericordiae, quae pendet non  
ex nostra impletione legis, sed tantum ex pro-  
missione diuina seu misericordia, alioqui enim  
non

## COMMENT. PHILIP. MEL.

nō posset eximere dubitationem, & despe-  
rationem si penderet ex conditiōe nostrae di-  
gnitatis & nostrarum virtutum. Ex his duas  
bus caussis clare apparet legem non posse fa-  
eri sine fide, quæ quidem diligenter obser-  
uandæ sunt. Quia his caussis animaduersis,  
facile intelligi potest cum laudantur bona op-  
era, fidem ad illa opera accessisse. quæ quis  
dem est fidutia misericordiæ. Deinde adden-  
dum est, si hæc fidutia in misericordiæ requiri-  
tur in operibus, necessario excludi opinionē  
quæ iudicat nos pronunciari iustos propter  
opera, nō per gratuitam misericordiam, quia  
si penderet misericordia ex dignitate operis,  
siceret incerta.

Secundo quod lex etiam fide fiat, intelli-  
gendū est, primum imputatiue. Sed de ea re  
hic non dicemus, deinde effectiue. Cum enim  
corda fidutiam misericordiæ concipiunt &  
vincunt mortē, iam certo agnoscunt bonitatē  
Dei, certo statuū se exaudiri, vere inuocāt ve-  
re diligūt Deū etc. Augustin⁹ tenuiter tractat  
hanc particulam, tantū dicit cyp fide accipiamus  
spiritum sanctum, & quod fide orantes ima-  
petremus auxiliū Dei ad legem faciendam.  
Sed multo magis prodest admonere lectorē  
de proprio fidei officio, de tollenda dubitati-  
one, &

### IN III. CAP. AD ROMA:

one, & quod dubitante conscientia lex non possit fieri. Hunc locum diligenter intueamur, & accurate nobis inculcemos. Tota enim disputatio apud Paulum de fide, in uniuersum spectat eò, ut doceat nos de illa dubitatione eximenda conscientijs. Et haec est propria Euangelij doctrina, conscientias reddere certas, quod Deus certo sit propicius per misericordiam, quia lex simpliciter affert dubitationem & desperationem, non enim satisfacimus legi. Cæterum illud verum est quod dicit Augustinus, fide accipi spiritum sanctum, nam cum conscientiae eriguntut fiducia misericordiae, quae vincit terrores peccati & mortis, concipiunt nouam vitam & spiritu ales morus, ut vere agnoscant deum, vere statuant se exaudiri, & vere inuocant Deum.

### CAP. IIII:

CONC

COMMENT. PHILIP. MEL.  
CONFIRMATIO.

**H**actenus proposita est principalis Proposition, & status præcipua disputationis, in hac Epistola, via delicit, quod remissionem peccatorum, imputationem iustitiae, & vitam æternam propter Christum, gratis & certo cōsequamur, non propter nostra benefacta præcedentia aut sequentia renouationē, non propter nostras virtutes, modo ut credam⁹ hæc nobis vere & certo exhiberi propter Christū. Ad hanc propositionem, velut ad caput vniuersitatis disputationis, prudenter referri debent omnes aliæ partes Epistolæ, ac præcipue confirmation, quæ nunc sequitur. Cum enim continet probationem propositionis, intelligi argumenta non poterunt nisi ad propositionem in conclusione accommodentur, Quia in omni disputatione in argumentando, conclusio repetit principalem propositionem.

Hæc cō dico, ut meminerint Lectores, confirmationem, cum statu controværsiæ contendam esse. Atq; argumenta propterea etiā tenere necesse est, Quia in omni controværsia status est infirmus sine probatione. Et cum de magnare, & de summo negocio conscientiæ agatur,

### IN III. CAP. AD ROMA:

Agatur, videndum est in tanta caussa, vt fontes negocij penitus perspiciamus, & conscientiam firmis rationibus muniamus, contra imaginationes rationales, quae cum iudicent nos non pronunciari iustos, nisi propter nostras virtutes, efficiunt ut semper dubitent animi, vtrum Deus sit propitius. Porro, illa dubitatio perpetua quaedam impietas est, & ad extremitum affert desperationem. Sed cognitis argumentis, quae hoc loco recensentur, egregie poterit muniri animus, contra illam dubitationem & desperationem. Nam Paulus apostolissime argumentat, & sumit rationes ex ipsis negocij fontibus, ut lectorem perfecte de tanta re doceat.

Quid igitur dicemus Abraham patrem nostrum inuenisse?

Cum ex hystoria Abrahæ citatus sit testimonium de iustificatione, præfatur initio, de exemplo Abrahæ. Nam cum Abraham sit pater populi Dei, propositum est in eo exemplum iustificationis. Quare non aliter cæteri pronunciantur iusti, quā eo modo quo scriptura testatur Abraham pronunciari iustum. Hic autem Paulus præcise negat Abraham propt' opera, aut virtutes suas, iustum pronunciari.

Habes

### IN III. CAP. AD ROMA.

Habet laudem, inquit, ex operibus, sed nō  
coram Deo. Hæc profecto mira vox est, Nō  
enim solum detrahit iustificationē vni cære-  
moniæ circumcisionis, Sed pariter omnibus  
benefactis & virtutibus Abrahæ. Si enim os-  
bedientia in cæteris virtutib⁹ iustificasset, cer-  
te etiam obedientia in cæremoniā iustificasset.  
Quia si lex iustificat, pariter iustificant legis  
partes, tantisper dum habent mandatū Dei.  
Complectitur igitur Paulus mores & cære-  
monias, omnia opera, & virtutes Abrahæ,  
de harum dignitate disputat, an possint oppo-  
ni iræ & iudicio Dei, an oporteat Deum eas  
ex debito iustificare, id est approbare, an De⁹  
debeat pro eis remissionem peccatorū, & via  
etiam æternam, an possint in iudicio Dei perter-  
refactam conscientiam erigere, & à morte li-  
berare, an possint in illis terroribus conscienti-  
tiae pacem, & vitam afferre. Hic status est huius  
ius disputationis. Ideo facile intelligi potest,  
loqui Paulum, de omnibus virtutib⁹ Abra-  
hæ. Nam in omnes competit, quod iræ ac ius-  
dicio Dei opponi nō possint, iuxta illud. Nō  
iustificabitur coram te omnis viuens. Ac Ius-  
dæis & Hypocritis haud dubie Paulus via  
sus est impudenter & absurdissime iudicare,  
cum negat tot honestissima & sanctissima fa-  
cta, tan-

### IN III. CAP. AD ROMA.

ta, tantas virtutes, & quidem vere heroicas,  
iustitia esse corā Deo. Sed Paulus norat im-  
mundiciem humani cordis, sciebat neminem  
legi Dei satisfacere, sciebat quare Euangeliū  
concionetur de alia quadam iustitia, quae est  
reconciliatio seu acceptatio per misericordiā,  
non est nostrarum virtutum dignitas, Norat  
iudicio Dei non posse opponi nostras virtus-  
tes, non posse reddi pacatas conscientias, aut  
mortem vinci dignitate nostrarum virtutū,  
norat tantum fidutia misericordiæ propter  
Christū promissæ, iram Dei placari, & mor-  
tem vinci. Harum maximarum rerum sciens  
tiam tenebat Apostolus, ideo longe aliter iu-  
dicat, q̄ homines philosophi de humanis ope-  
ribus suspicantur. Ac diligenter hoc exem-  
plum meminerimus, diligenter nobis incul-  
cemos, diligenter infigamus animis.

Quod si Abraham tantis præditus virtu-  
tibus, non est iustus coram Deo, propter su-  
as virtutes, facile intelligi potest, nec nos pro-  
nunciari iustos, propter nostra benefacta. Est  
& hoc obseruandum, q̄ Paulus diserte addit  
particulam, Coram Deo. Non enim impro-  
bat iustitiam legis. Necesse est enim, bona o-  
pera facere, Necesse est virtutes habere, timo-  
tem Dei, dilectionem, patientiam, temperan-  
tiam,

## COMMENT. PHIL. MEL.

tiam, & similes. Sed Paulus de iudicio Dei disputat. Negat has virtutes opponi iræ & iudicio Dei, negat homines liberari à morte & ira Dei harum virtutū dignitate. Ideo ad dit particulam, Coram deo, Alij qui Paulū de solis cæremonijs interpretantur, nō satis attendunt particulam coram Deo, sed somnia Paulum loqui ciuiliter de externis moribus qui prosectori sunt necessarij, subiicit enim Deus omnes legi moralis. Ideo interpretantur Paulum nihil agere aliud, nisi vt liberet nos à iudaicis cæremonijs in externa vita confusione. Ille vero docet quomodo ira dei placanda sit & superanda mors. Ideo diserte addit, coram Deo. Quare abducendi sunt animi ab illis imaginationib<sup>z</sup> ciuilib<sup>z</sup> et scop<sup>z</sup> disputationis Paulinae querendus, quod scilicet hic agatur de ira Dei placanda. Hunc scopum si quis tenebit, facile intelliget detrahi iustificatiōnem non solum cæremonijs, sed etiam moralibus virtutibus atq<sup>z</sup> operibus, etiam si moralia opera facere oportet, qua de re infra dicendum erit. Atq<sup>z</sup> hæc de exemplo Abrahæ, in ipso vestibulo confirmationis breuiter admonere lectores volui. Magnam enim vim habet hoc exemplum recte intellectum. Et si tis appareat magno consilio Paulū ab hoc loco argu-

### IN III. CAP. AD ROMA.

to argumentationem inchoasse. Ac reliqua  
tota confirmatio nascitur ex hoc loco. Citatur  
dictum in Genesi, & enarratur, colliguntur  
circumstantiae exempli, quia presens caussa sa-  
tis patefacta est, si constat Abraham non pro-  
nunciari iustū propter virtutes proprias sed per  
misericordiam, propter promissionē. Nam in  
vno exemplo formam iustificationis conspi-  
cere satis est, præsertim in exemplo talis viri  
prædicti summis & heroicis virtutibus. Quis  
est enim qui ausit virtutes suas anteferre vir-  
tutibus Abrahæ? Quanquam igitur sequen-  
tes sententiae ad exemplum institutum perti-  
nent, idq; declarant et amplificant, tamen ego  
docèdi causa institui paucis per singula mem-  
bra, quasi sciuncta tractare, gignūt enim mul-  
tas probationes, & pias conscientias præclare-  
docent, consolantur ac muniunt. Et inter ar-  
gumenta hoc primum numeramus. Abra-  
ham fidutia misericordiæ iustificatus est non  
propter opera. Igitur & nos fidutia misericor-  
diæ non propter nostras virtutes aut bona os-  
pera iusti pronunciamur.

Credidit Abraham & imputatum  
est.

EX DEFINITIONE.

K 9

Secunda

COMMENT. PHIL. MEL.

Secundum argumentum sumptum est ex testimonio genelis, vbi textus clare definitiū stificationem, dicit Abraham reputari iustū, quia credidit, igitur iustificatio contigit non propter nostras virtutes, aut qualitates, aut opera, sed fide, hoc est fidutia misericordiæ. Hæc est argumēti summa, Sed ut plane intellegi possit, initio sciendum est quid significet credidit, significat enim sentire quod De<sup>e</sup> certiō sit propicius per misericordiam propter suam promissionem, etiam si nos simus inmundi & indigni. De hac fide loquitur hic Paulus qua Abraham credidit se habere deū propiciū per misericordiam propter ipsius promissionem, nec patiebatur se à promissione abstrahi, etiamsi videret se immundum & indignū esse. Opponebat irae & iudicio Dei non proprias virtutes, aut qualitates aut opera, sed acquiescebat in promissiōe, postquam ei dictum erat. Noli timere. Ego sum protector tuus. Hac promissione erigebat perterre factam conscientiam, apprehendebat misericordiam, & fidutia misericordiæ vincebat terrores mortis & peccati, & conseqüebatur pacem conscientiæ, cum statueret certe se iam habere Deum propicium, quāmuīs ipse esset dignus. Sic intelligenda est particula credidit de fidutia misericordiæ promissæ.

Sed

### IN III. CAP. AD RONA.

Sed ut hic locus rectius intelligatur dis-  
Iuenda sūt duo argumenta , quibus nonnul-  
li cauillantur Paulum. Prima cauillatio est  
quod Paulus citet locum de re corporali di-  
ctum, scilicet de promissione posteritatis, ac  
detorqueat ad fidem in Christum, quare  
videatur abuti hoc testimonio , vt etiam  
fictis & immodicis laudibus fidem reddat  
commendatiorem, & hoc consilio plures ad  
Christum inuitet. Hæc columnia facillime  
dilui potest, si sciamus, quid sit fides. Fides est  
fiducia misericordiæ promissæ, & hæc fidu-  
cia reddit pacatam conscientiam, & vincit ter-  
rores peccati & mortis. Itaq; proprium obie-  
ctum fidei est misericordia promissa. Hoc ob-  
iectum semper in fide existit etiam si postea  
aliae res externæ accedunt. Nam fides versa-  
tur alias circa alia externa obiecta , & tamen  
interim proprium obiectum est promissa mi-  
sericordia, ita fides Abrahæ foris versabatur  
circa posteritatis expectationem. Fides Iacob  
in Cap , xxvij. Genesis circa expectationem  
redit ac vicitus Fides Dauid circa expectatio-  
nem victoriæ & tamen idem obiectum fidei  
proprium est apud omnes credentes , scilicet  
misericordia promissa. Non potest Abra-  
ham statuere quod Deus sit ei bene facturus,

COMMENT. PHIL. MEL.

nisi prius statuat se habere Deum propitium,  
Daud non statuit Deum sibi donaturum ei  
se victoram, nisi prius statuat se habere Des  
um propitium. Proinde etiamsi variant ex  
terna negotia, tamen fides semper complecti  
tur fidutiam misericordiae. Et haec fidutia non  
posset existere, nisi misericordia certo promis  
sa esset. Nam fidutia non est rei incertae. Ideo  
promissio misericordiae est obiectum propri  
um fidei. Omnis autem promissio misericor  
diae pertinet ad promissionem Christi. Quia  
patres sciebant promissum esse semen, propa  
ger quod Deus reconciliari vellet humano ge  
neri, & abolere peccatum & mortem. Igitur  
Paulus recte citat locum de fide, Nam fides  
in Genesi significat prorsus idem quod apud  
Paulum significat, scilicet fidutiam promissæ  
misericordiae.

Altera cauillatio subtilior, est. Nam illam pri  
orē nemo abiicit, si intelligat quid significet  
fides, sed altera valde speciosa est ~~regi~~ ~~magis~~ ~~ad~~ ~~re~~  
rath. Poteſt enim obijci, nec Genesin, nec Pau  
lum in hoc testimonio excludere alia opera,  
sed simpliciter tribuere fidei iustificationem  
tanquam bono operi per synedochen, quod  
requirat ad iustificationem cum alijs bonis ope  
rib⁹, sicut alia loca scripturæ alijs operib⁹ tria  
buunt ius

## IN III. CAP. AD ROMA.

buunt iustificationem per synecdochen, itavt  
cætera non excludant Psalmus inquit, Beat⁹  
vir qui timerit Dominum. Hic tribuitur iusti-  
fatio timori, Redime peccata eleemosynis.  
Hic tribuitur iustificatio eleemosinæ. Beati  
in sacerdotes, beati pacifici. Hic tribuitur iusti-  
fatio alijs officijs dilectionis. Et sic de alijs lo-  
cis qui omnes sic accipiuntur per Synecdo-  
chen, ne excludant alia bona opera quæ lex  
præcipit. Quia iustitia est obedientia totius le-  
gis. Quorsū igitur opus est Genesin & pau-  
lum sic interpretari, quasi excludant alia ope-  
ra. Concedamus sanè fidem laudari, quæ cer-  
te requiritur & initium est bonorum operū,  
sed quorsum opus est excludere alia bona o-  
pera, cum repugnet etiam communis sensus.  
Quām multæ controversiæ, quām multa ab  
surdat tollerentur si ciuiliter intelligeremus,  
scripturam, & diuersa loca coniungeremus,  
quorum alia tribuunt fidei, alia operibus iu-  
stificationem. Ac Genesis quidem nō minus  
prædicat opus quām fidē, Genesis xxij. quia  
fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo, be-  
nedicam tibi &c. Cur dissimulatis locis de  
operibus alijs loci de fide hyperbolice amplifi-  
catur. Proinde Iacobus videtur addidisse ne  
cessariam correctionem, non ex fide solum.

K iiiij Huius

## COMMENT. PHIL. MEL.

Huiusmodi multa dici possunt, valde verisimiliter, contra exclusiuam illam, Sola fide, vel sine operibus.

Ad hæc respondeo, Paulus aperte ponit exclusiuam gratis, sine operibus, sine lege, et addit argumentum. Promissio fieret incerta, si penderet ex conditione nostræ dignitatis, & nostrorum operum. Ideo nos non affingimus exclusiuam, sed ipse Paulus addit.

Secundo, facile intelligi exclusua illa possest, si non ociose cogitemus de iustificatione, sed de ipso certamine conscientiæ in iudicio Dei. Certissimum est conscientias non reddit pacatas, non vinci terrores peccati & mortis, nisi fidutia solius misericordiæ. Et in hac controuersia semper hue respici debet, quod conscientiæ non possint reddit pacatae operibus, sed tantum fide misericordiæ erigantur. Sicut Paulus ait, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, &c. In summa, fidutia nostræ iustitiae simpliciter est inanis. Ergo facile intellegi potest exclusua, Quod sola fides iustificat, id est, fidutia solius misericordiæ reddit pacatam conscientiam. Cum enim opera non possint opponi iudicio atque iræ Dei, necessario sequitur conscientias reddit pacatas sola misericordia, modo ut apprehendant eam.

Tertio,

## IN IIII. CAP. AD RO

Tertio, Non est imaginādum, quòd fides tanq; bonum opus & virtus quædam nostra, aut nostra nouitas iustificet, tunc enim affect secum alias virtutes. Verum nō ideo iustificamur fide, quia fides sit quædam nouitas in nobis, sed per misericordiam iusti, hoc est. Deo accepti sumus, non propter nostram nouitatem. Necq; tamē misericordia accipi aliter potest, nisi fide seu fidutia.

Quarto, Cum bonum opus non possit fieri, nisi fide prius sit pacata conscientia, & exempta dubitatio, sequitur necessario bona opera non valere, non laudari, nisi propter fidem. Iam cum fides accedit, statim detrahitur operi ipsi iustificatio, Quia sola fides reddit pacatam conscientiam, & eximit dubitacionem. Nam si penderet ex conditione nostri operis, fieret res incerta. Ideo nō pendet fides ex conditione nostri operis, Sed certo statuit nos acceptos esse Deo, per misericordiam propter Christum. Proinde sciendum est, quòd non satis sit dicere, Opera placent Deo per fidem, Sed illud etiam scire necesse est, cum fit mentionio fidei, statim detrahi operibus iustificationem, Quia fides est fidutia solius misericordiae. Et sicut misericordia opponitur debito, ita fides simpliciter opponitur operibus, &

COMMENT. PHIL. MEL.

excludit opera, & dignitatem nostram, etiam  
non addantur particulæ exclusiæ. Ergo cū  
ait Genesis, Qui fecisti hoc, intelligi debet, in  
fide, qua Abraham accepit remissionem pec-  
catorum, & fuit acceptus tantum fidutia mis-  
ericordiæ, anteç operaretur. Beati misericor-  
des, scilicet credentes, hoc est, certo statuentes,  
se habere Deum propitiū per misericordiā  
& sic de alijs. Quia, omne q̄ non est ex fide,  
peccatum est. Et dubitatio conscientiæ est im-  
pia. Ergo etiam si laudatur opus, tamen per  
sona placet proprie fidei.

Quare autem Genesis addit promissiōem  
operis? Item, quare Iacobus addit correctionē  
Paulo? Respondeo, Textus in Genesi satisfia-  
cit nobis, Nam antea dixit de fide. Credidit,  
& imputatum est ei ad iustitiam. Hic clare  
loquitur de vnius Abrahæ persona, & de  
ipsius personæ iustificatione, Nam sua quia  
q̄ fide iustus est. At in altero loco non solū  
loquitur de vnius Abrahæ persona, Sed de  
bonis totius posteritatis. Itaq; non loquitur  
diserte de iustificatione, sed de alijs præmijs.  
Nos autem concedimus, bona opera in ijs,  
qui fide, hoc est, fidutia misericordiæ, sunt ac-  
cepti Deo placere, & meritoria esse præmio-  
rum corporalium & spiritualium. Nam  
bona

### IN III. CAP. AD RONA.

bona opera sunt quædam legis impletio, in his qui fide iusti sunt, & propter Christum reputantur legem implesse. In hoc loco prominittur Abrahæ posteritas, & regnum corporale. Semen tuum possidebit portas inimicorum tuorum. Interim rursus tamen, & promissio de venturo Christo, ideo hic repeatitur, ut ubi, & in quo populo Christus expectandus esset, sciri posset. Hæc est simplex solutio. Si cui non satisfacit hæc responsio, is sciæt, opus propter fidem laudari. Nec placere Deo opus, nisi in his, qui fidutia misericordiae sunt accepti. At fidutia misericordiae sentit nos nō prop̄ opus, sed per misericordiam acceptos esse. Certe enim Abraham sentiens immundiciem suam, non potuit statuere, q̄ propter opus illud haberet Deū propitium, & placatum. Sed necesse fuit eum cōfugere ad misericordiam.

Quòd autem Iacobus addit̄ correctionem, iustificamur ex operibus non ex fide solum, satis apparet eum voluisse ostendere, qualis fides requiratur, scilicet efficax non ociosa, & q̄ dicit, iustificamur ex operibus, nō hoc volevit, q̄ remissionē peccatorū cōsequamur propter opera. Sed simpliciter sentit requiri, etiā iustitia operū, id verū est, Nā obediētia erga legem

## COMMENT. PHIL. MEL.

Iegem sequi debet in iustificatis, iusti enim debent habere iusta opera. Hæc enim quatenus obediunt legi Dei, sunt iustitia legis. Nec tamen obedientia illa aut causa est, aut conditionis propter quam simus accepti coram Deo, sicut supra dictum est, iustificationem non perdere ex conditione nostri operis, aut nostræ dignitatis, quia res fieret incerta. Et iustitia operum non placet Deo, nisi in his qui fiducient opera tantisper, donec dubitant conscientiae. Prius igitur fide dubitationem eximi oportet. Nec vero posset eximi dubitatio, si fides penderet ex conditione nostrorum operum, & nostræ dignitatis.

Non operanti autem, sed credenti in eum qui iustificat impium, imputatur fides.

Deinde Paulus enarrat & agitat verbum imputandi, & dialectice definit iustificationem quod videlicet iustificatio significet, non qualitatem, aut virtutem in nobis, aut infusionem habitus. Sed relative acceptationem, qua gratias per misericordiam à Deo reputamur iusti. Et opponit inter se meritum & imputationem. Si no-

## IN III. CAP. AD ROMA.

Si nostræ virtutes & qualitates & opera es-  
sent iustitia coram Deo, Deus deberet merce-  
dem, hoc est, ex debito cogeretur nos pronun-  
ciare iustos. At Deus imputat iustitiā per mis-  
ericordiam, Igitur nostræ virtutes non sunt  
iustitia coram Deo. Sic argumentatur Paul⁹  
ex verbo imputandi, & clare ratiocinatur, q̄  
nostræ virtutes non sint dignæ, quas appro-  
bet Deus, aut pronunciet esse iustitiam, Sed  
quod iusti pronunciemur imputatione diui-  
na, per misericordiam, nō propter qualitates  
nostras. Est autē gen⁹ sermonis hic obseruan-  
dum, quomodo in scholis Theologorum re-  
centium conueniat, Sicut recentiores meritū  
appellant. Ita Paulus hic correlatiue nominat  
alijs debitum, alijs mercedem. Nam qui de-  
pendunt meritum, hoc sentiunt, Deum debi-  
torem esse, propter ipsorum operum dignita-  
& promissionem remissionis peccatorū  
& iustificationis, faciunt conditionalem, ad-  
duntq; ei conditionem legis, seu nostræ dig-  
natis. Postea fingunt nostram impletionem  
legis, iustitiam esse dignam, quam Deus ap-  
probet, quæ compenset peccata, quæ possit  
opponi iudicio & iræ Dei, quæ in terrorib⁹  
illis liberet conscientiā à morte. Ita in hac per-  
suasione, multi magni & perniciosi errores  
hærent

## COMMENT. PHIL. MEL.

hærent. Ideo meminerim⁹ hic Paulum, cum negat nos ex debito pronunciari iustos, Sed imputatione gratuita, improbare illam persuasionem scholasticam de merito, si promissio remissionis peccatorum, & iustificationis haberet conditionem legis, cum nunc⁹ legi satifaciamus, semper ambigendum esset, de remissione peccatorum, de iustificatione, & de vita æterna. Et constat quòd dignitas o⁹ perum non vincat terrores mortis, & peccati, Quare statuendum est, quòd nostra benefacta non mereātur remissionem peccatorum nec sint digna, quæ Deus pronunciet esse iustitiam, nec sint digna vita æterna, Sed quòd hæc tertò per misericordiam gratis contingant, modo ut ad misericordiam confugamus, eamq⁹ fide apprehendamus.

Est autem ad muniendas, & consolandas conscientias, in primis hic locus obseruand⁹, Credenti in eum qui iustificat impium, &c. Vbi planè docet nos consequi iustificatiōem non afferentes ad deum merita nostra, sed in pietatem, modo ut confugiamus ad misericordiam, & apprehendamus eam iuxta promissionem.

Sicut & David describit beatitudinem

### IN III. CAP. AD RO

dinem hominis, cui Deus impun  
tat iustitiam sine operibus.

Transit ad Psalmum ex illa emphasi ver  
bi imputandi, Quia ibi in Psalmo eadem sen  
tentia extat, Estq; hæc argumēti tertij summa  
Iustificatio est remissio peccatorum.

Igitur sumus iusti, non propter nostras  
virtutes, seu qualitates, Sed diuina acceptati  
one, qua remittit nobis Deus peccata. Hic clā  
re videmus, & quid sit iustificatio, & quo  
modo pronunciemur iusti. Debet autem in  
telligi remissio peccatorum, non tantum de  
factis præteritis, sed de continua remissione,  
præsentis imbecillitatis. Sic enim sentit nos  
pronunciari iustos, quia Deus per misericor  
diam acceptat nos, et si sumus indigni, & im  
mundi. Et hæc acceptatio est perpetua quæ  
dam remissio peccati, hoc est immūditiae præ  
sentis.

Si quis autem cauilletur, & hoc testimoniū  
num eodem modo, quo superius reprehensa  
di posse dictum est. Cur Paulus non alle  
gat locos de operibus? Beatus vir qui times  
Dominum, Aut cur nos excludimus ope  
ra, quum sancta Scriptura habeat locos de  
operibus similes? Quanto ciuilis esset,  
hos locos coniungere in definienda iustifi  
ficatio

COMMENT. PHIL. MEL.

Iustificatione, et docere quod simul fide &c.  
peribus simus iusti coram Deo. Ad hanc cas-  
uillationem respondendum est ad eundem  
modum ut supra dictum est. In omnibus lo-  
cis de operibus oportere fidem addi, iuxta il-  
lud, Omne quod non est ex fide peccatum est,  
quia dubitatio est impia. Sed ut dixi, non sa-  
tis est hoc scire, Sed cum audis addi fidem, sa-  
endum est detrahi operibus iustificationem,  
quia si penderet fides ex conditione nostrae di-  
gnitatis, & operum, fieret incerta. Tantum  
igitur propter promissam misericordiam su-  
mus accepti sine conditione nostrae dignita-  
tis. Quando igitur Psalmus inquit, Beatus  
vir qui timet Dominum &c. adde ex alio lo-  
co Beati quorum remissae sunt iniquitates,  
quod cum addideris, statim à remissione pes-  
catorum, seu reconciliatione, seu iustificatione  
exclusa sunt opera. Nam remissio peccato-  
rum non pendet ex conditione nostrae digni-  
tatis, sed sola fide apprehenditur. Porro dein  
de sequi debent bona opera, quae sunt effectus  
iustificationis neque tamen placent Deo, nisi  
per persona prius apprehenderet reconciliatio-  
nem, & remissionem peccatorum.

Cæterum hæc omnia idem significant. Ius-  
tificatione est remissio peccatorum, est non im-  
putatio,

### IN III. CAP. AD ROMA:

putatio peccati, est reconciliatio seu acceptatio  
qua Deo per misericordiam non propter no-  
stras virtutes accepti sumus. Est etiam obser-  
uandum hic in textu Pauli rursus exclusuā  
repeti. Ait enim sine operibus. Iterum igitur  
testatur nos iustos pronunciari gratis per mi-  
sericordiam non propter nostras virtutes aut  
opera.

Preterea egregiam consolationem ac doc-  
trinam continet hic locus. Clare testatur nos  
consequi iustificationem, afferentes ad Deum  
non vlla merita, sed peccata. Cum enim desi-  
nit iustificationem esse remissionem peccato-  
rum, vere peccata afferri ad Deum ostendit.  
Itaque etsi sentimus nos immundos, indignos  
& oppressos mole peccatorum esse, tamen  
erigamus nos his suauissimis testimonijis, cre-  
damus Deum vere velle nos recipere in gra-  
tiam, etsi nihil afferimus nisi peccata, modo  
ut fidutiam Christi afferamus. Imo cum iusti-  
ficatione sit remissio peccatorum, hi qui nō sen-  
tiunt se afferre peccata, non consequuntur ius-  
tificationem, non enim querunt remissio-  
nem, vlorum peccatorum Sed existimant se  
afferre ad Deum ingentia merita, quæ Deum  
operteat ex debito approbare. Sed nos disca-  
mus ex hoc ipso Psalmo, qui hic citatur, quo

L modo

## COMMENT. PHIL. MEL.

modo accedendum sit ad Deum. Dixi confla  
tebor aduersus me iniustitiam meam, & tu  
remittis iniquitatem peccati mei. Id est ego n*on*  
hil affero ad te nisi confessionē peccati, scio te  
velle gratis ignoscere, scio te velle peccatorū  
misereri, et ad hanc misericordiam confugio.  
Et tu verē remittis peccata his, qui ita ad misé  
ricordiā confugiunt, ut verē statuant te igno  
scere, & nos iustos pronunciari propter tua  
am misericordiam, etiam si indigni & im  
mundi simus, sicut docet initium Psalmi.  
Quae potest consolatio magis necessaria aut  
magis grata p*ro*p*ri*s mentibus proponi?

Beatitudo illa in circumcisio  
netantum, an & in preputio?

## EXORDI NE CAVSARVM ET EFFECTUVM.

Quartū argumentum sumptum est ex ora  
dine causarum & effectuum. Abraham pro  
nunciatur iustus ante circumcisionem, igitur  
circumcisio non iustificat. Cum autem Paus  
lus hic faciat mentionem cæremoniæ, cōten  
dunt nonnulli totam disputationem tantum  
ad abolēdas iudaicas cæremonias pertinere,  
non hoc agi ut tribuatur iustificatio fidei, &  
detrahatur operibus moribus alibus. Sed hi pris  
mū de statu disputationis admonendi sunt,  
hoc

### IN III. CAP. AD ROMA.

hoc quæri quomodo ira Dei placanda sit, an  
opera nostra opponi possint iudicio & iræ  
Dei. Cum autem conscientia in iuditio Dei  
nec moralibus nec cæremonialibus operibus  
reddi pacata possit, pariter viriç generi deira  
henda erit iustificatio. Deinde hoc quoqe cogi  
tent. Quòd si vlla opera iustificant necessitatem est  
omnia opera diuinitus præcepta iustificare,  
quia iustitia legis est obedientia totius legis  
Et apud patres sicut hoc erat mandatum Dei,  
Non occides, ita mandatū Dei erat ut circuncis  
derentur, vt obseruarent cultus Itaqe eadem  
estratio operū omniū totius legis. Si Abra  
ham & Dauid pronunciantur iusti propter  
alia opera legis, necessario sequitur eos pro  
nunciari iustos etiam propter cæremonias &  
cultus, nam hæc quoqe habent mandatum  
Dei, et ecôtra si detrahitur cæremonijs & cul  
tibus iustificatio, simul detrahitur vniuersæ  
legi. Constat autem clare quòd Abrahā pro  
nunciatur iustus ante circumcisionem. Item  
Dauid saepe testatur se non iustificari cæremo  
nijs, vt Holocaustis non delectaberis. Item sa  
crificium & oblationem noluisti &c. Proin  
de idem iudicandum erit de vniuersa lege.  
Deinde constat Paulum de tota lege loqui  
infra cum ait, lex iram operatur, idqe pro  
prie ad decalogum pertinet cui nunquam

L ij satis

## COMMENT. PHIL. MEL.

Satisfacimus, ideoq; semper arguit & terret conscientias, sicut ipse copiose disputat infra, Cap. viij. citans ex decalogo legem, Non concupisces. Item necesse est Paulum complecti totam legem, cum disputat postea promissio nem reconciliationis non pendere ex conditio-  
ne legis, Quia si penderet ex conditione mo-  
ralium operum, multo magis fieret incerta  
promissio, qd si penderet ex cæremonijs.

## DE VSV SACRAMENTORVM

Signum accepit circumcisionis,  
sigillum iustitiae fidei.

Addit Paulus vtile præceptum de vsv cæ-  
remoniarum & sacramentorum, qd cæremo-  
niae seu Sacraenta sint signa promissionū,  
proposita, vt nos admoneant ad credendum.  
Non igitur merentur remissionem peccato-  
rum, non iustificant, Sed sūt notæ quæ incur-  
runt in oculos ad commonefaciendo nos ad  
credendum, sicut verbum incurrit in aures,  
vt moueat cor ad credendum. Idem igitur vslus  
est verbi & sacramentorum, nec cæremonia  
aliud est, qd pictura quædam verbi. Et in hāc  
sententiam dixit eleganter Augustinus Sacra-  
mentū

### IN III. CAP. AD ROMA

mentum esse verbum visibile, id est picturā, quae incurrit in oculos, idem significantem quod verbum. Abraham habebat verbum, scz promissionem. Habebat & signum, scz, Circūcisionem, Hæc nota, quasi scripta in ei<sup>9</sup> corpore admonebat eum promissionis, ut in omnibus temptationibus in hanc notam intus ens commoneficeret, & erigeret se fide. Ita Sacra menta sunt iustrumenta per quæ fides ex citatur, erigitur & confirmatur.

Sic etiam sentiendum est de vsu Sacramentorum Noui Testamenti. Et repudianda est horribilis illa & pharisaica opinio Scholasti corum, qui singunt Sacra menta ex opere operato, sine bono motu vtentis iustificare homines, & mereri remissionem peccatorū. Sed sciendum est, quod sicut verbum sine fide non prodest, ita nec Sacra menta prosunt, nisi fidē addamus. Ideoç Paulus hic diserte dixit circūcisionem esse sigillum iustitiae fidei. Res quirit igitur Circūcisio, & exercet fidem.

Repudianda est & Cinglī opinio, & similium, qui tantum ciuili more iudicant de signis, scilicet signa & Sacra menta tantum notas esse professionis inter homines. Hæc imaginatio videtur esse bella, quia sumpta est à Lij ciuie

## COMMENT. PHIL. MEL.

civilibus exemplis, sicut enim singulæ gentes & sectæ habent certas notas, sicut Romanos ab alijs discernebat toga, Sicut monachos discernit forma cuculli, ita imaginantur hæc signa tantum proposita esse ut coram hominibus discernant Christianos ab alijs sectis, sed hic non est proprius & principalis significans sacramentorum, Nam sacramenta sunt signa non tantum hominum inter ipsos, sed voluntatis Dei erga nos, & sunt signa per quæ Deus testatur, tanquam nouo miraculo de cælo, se velle misereri &c. Itaque per ea cum Deo agim⁹. & fidem erigimus, sicut per verbum, & sic usurpanda sunt, ut voluntatem Dei erga nos in ipsis queramus & apprehendamus sicut in uerbo.

Repudianda est & Anabaptistarum opinio, qui fingunt sacramenta non esse signa misericordiae & fidei, sed tantum nostrorum operum symbola, &, ut ita dicam, allegorias quasdam præceptorum de operibus. Ut circumcisio tantum significat eis, cupiditates carnis cohercendas esse, Baptismus patientiam in afflictionibus, cœna Domini mutuam benevolentiam & officia mutua inter Christianos. Et sic ferè interpretantur sacramenta Origenes. & plerique alij. vel sequentes Origenem

### IN III. CAP. AD ROMA:

nem, vel assuefacti in enarratione poematum  
vt mythologias ad mores trans ferant. Sed  
hoc est transferre signa tantum ad opera, non  
ad fidem. Nos autem sciamus præcipue hæc  
signa ad exercendam fidem instituta esse. hoc  
est esse signa voluntatis Dei erga nos, & mi-  
sericordiæ promissæ, nec prodesse signa nisi  
ita, cum per ea commonefacti concipimus fi-  
dutiā misericordiæ. Hic est præcipiuus usus  
ac finis sacramentorum maxime tradendus  
& illustrandus in ecclesia. Nam hæc ratio si-  
gnorū consolatur ac iuuat conscientias. Ideo  
Paulus de hoc præcipuo vsu signi hic loqui-  
tur. Postea vbi hic præcipiuus finis patefac-  
tus est, licet etiam in signis allegorias quære-  
re, quæ admoneant nos de operib. & de con-  
fessione. Nihil enim verat multos fines eius  
rei esse, quorum tamen unus aliquis preci-  
puus ac principalis est.

### EX CAV SA PROMISSIONIS.

Non enim per legem promissio  
Abrahæ.

Quintum argumentum sumptum est ex  
causa promissionis.

Promissio pendens ex conditione legis est  
incerta.

L sij Pro

COMMENT. PHILIP. MEL.

Promissionem reconciliationis oportet esse ratam & certam.

Ergo promissio reconciliationis non pendet ex conditione legis, sed accipitur sola fide non propter legem, aut operum dignitatem.

Hæc est postremi argumenti summa. Nam et si multa membra hic leguntur quæ uidentur alia atq; alia argumenta gignere, tamen hæc membra verius sunt probationes partium huius syllogismi quam diuersa argumenta. Et tq; hæc ratio *σύναρτησις* totius hui<sup>o</sup> controversiæ. Hic enim quaeritur de causa promissionis, & quomodo promissio sit certa & firma, hoc est, quomodo conscientiæ certo consequantur promissam reconciliationem. Ac propterea contenditur quod Sola fide, id est, sola misericordia iusti pronunciemur, ut conscientiæ reddantur certæ de voluntate Dei, hæc certitudo nullo modo teneri potest nisi cognito & perspecto hoc argumento. Quare non solum ad hanc controversiam cognoscendam plurimum prodest cum ex ipsis fontibus causæ oriatur, sed etiam affert maxima & firmissima consolationē conscientijs, & in omni vita munit nos contra dubitationem, ne corda versentur in dubitatione perpetua. Dictum est autem supra dubitationē im:

IN III. CAP. AD ROMA.  
impiam esse & desperationem esse.

ENARRATIO  
MAIORIS.

Maior argumenti est. Si promissio reconciliationis penderet ex conditione legis, fieret incerta. Hanc Paulus ipse probat his verbis, quia Lex iram efficit, id est, quia lex semper accusat et condemnat nos cum nunquam ei satis facimus. Nam legi satis facere non est tantum externa ac ciuilia opera facere. Sed lex requirit dilectionem Dei summam, fiduciam Dei summam &c. iuxta illud. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde &c. Nemo est autem praeter unum Christum, quem haec lex non accuset, quia nemo ei satis facit, sicut testatur Paulus infra, cum inquit sensus carnis inimicitia est aduersus Deum. Cum igitur lex semper nos accuset ac condonet, certe non iustifica t. Et maiorem nostris ylogismi posuit Paulus his verbis. Si hi qui sunt ex lege haeredes essent, fides esset abolita, & promissio irrita, id est si penderet promissio ex conditione legis, tunc fieret irrita atque inutilis. Nam si non contingeret nobis promissum, promissio inutilis esset.

L v Non

COMMENT. PHILIP. MEL.

Non posset autem contingere, si haberet conditionem impossibilem.

Porro valde multa docet hic locus, primum clare ostendit, quid Paulus appelleret fidem, scz, non tantum hystoriæ notitiam, sed fidutiam promissæ misericordiæ. Connectit enim inter se correlatiue fidem & promissionem, & testatur promissionem, fidei obiectum esse. Itaq; vbiq; traduntur promissiones sciamus requiri fidem, & fidei nomen sciamus in scripturis accipi pro fidutia misericordiæ promissæ. Est igitur fides non tantum notitia quædam, sed est velle & accipere id quod offers promissio.

Præterea ostendit hic locus discriminem legis & Euangeli, Lex etiam habet promissiones, sed conditionales, vt. Qui fecerit hæc viuet in eis. Ideo promissiones legis sunt irritæ, quia nemo legi satisfacit. Ergo necesse est promissionem remissionis peccatorum, & reconciliationis, seu iustificationis, non pendere ex conditione legis, si enim propter legem esset mus accepti, semper dubitaret conscientia vestrum Deo esset propicius, immo cum lex manefestè condemnaret nos, necesse esset desperare de reconciliacione. Et tamen vulgo imaginatur homines, Euangelium esse promissionem conditionis

## IN III. CAP. AD ROMA.

ditionalem. At ab hac imaginatione abducens  
di sunt animi, & sciendum eam promissio-  
nem, quæ est propria Euangeliū, scilicet re-  
missionis peccatorum, & reconciliatiōis, seu  
reputationis iustitiae, & donandæ vitæ æter-  
næ, non pendere ex conditione implendæ le-  
gis.

Sed dicat aliquis, imò certè Euāgelium est  
conditionale, requirit enim nouitatem vitæ,  
peccata non remittuntur, si nō incipias etiam  
benefacere. Item Christus dicit. Si uis in vitâ  
ingredi, serua mandata. Ad hæc respondeo.  
Primum hinc facile intellegi potest, non pen-  
dere remissionem peccatorum, & reconcilia-  
tionem, ex conditione legis, quòd peccata no-  
bis remittuntur, & quòd reconciliamur, etiā  
si verè adhuc adſit peccatum, hærcēs in natura no-  
stra, videlicet cōcupiſcentia. Nec ēm extenua-  
ri concupiſcentia debet, quaſi non sit natura  
res vicioſa, ſed quædā leuis imbecillitas. Hæ-  
ret ēm in natura horribilis ignoratio Dei, du-  
bitatio de voluntate Dei, diffidentia. Nec eſt  
ociosa concupiſcentia. Gignit ēm affidue vici-  
osus affectus. Cum aut̄ Deo recōciliemur per  
ſiſtutiam misericordiæ, propter Christum, et  
ſi talis in natura noſtra hæreat immundicies,  
conſtat remissionem peccatorum nō pendere  
ex con-

## COMMENT. PHIL. MEL.

ex conditione legis. Nam si ex conditione legis penderet reconciliatio, non pronunciaremur iusti, hoc est accepti, nisi postquam exuisse mus vniuersam immundiciem naturalem. At constat in hac vita non omnino exui immundiciem naturalem, & tamen hos, qui misericordiam apprehendunt, pronunciari iustos.

Deinde etsi non pendet reconciliatio ex conditione legis, tamen ut fidutia illa misericordiae concipiatur, poenitentiam existere oportet. Perterrefieri mentes oportet agnitione peccatorum. Iuxta illud. Vbi habitabit Dominus in spiritu contrito, &c. Nam cum fiducia misericordiae consolatio quædam sit & noua vita, liberans à morte, in illis efficax est, in quibus peccatum prius arguitur, & animi perterfacti sunt. Nam certe Euangelium ita fidem prædicat, ut prius arguat peccatum. Sed illi terrores non merentur remissionem peccatorum, aut reconciliationem, ut Scholastici somniant, imo nisi fidutia gratuitæ misericordiae erigerentur animi, in illis ipsis paucoribus perirent. Nec aliud sunt illi terrores priusq; fide erigimur, q; ipsa mors, atq; inferi. Quare non pendet reconciliatio ex dignitate poenitentiæ, seu coniunctionis, velut ex causa, qua

### IN III. CAP. AD ROMA.

sa, quasi propter dignitatem contritionis contingat remissio. Sed pendet tantum ex promissione, & veritate Dei. Et terrores illi recitationem ita præcedunt, velut terminus à quo, sicut morbus præcedit curationem. Nā terrores illi sunt sensus iræ Dei, aduersus peccatum, à qua ira liberamur per promissionē misericordiæ..

Postea sequi debet & obedientia erga legem, non vt cauſſa & premium reconciliatio-  
nis, seu acceptationis, sed vt effectus, sicut fo-  
lis ortum sequitur aeris calefactio, quæ certe  
non est cauſſa, cur sol oriatur, sed effectus ne-  
cessario sequens. Et tamen hæc ipsa obedientia  
nō satisfacit legi, nec placerei Deo, nisi per  
sonæ acceptæ essent reconciliatæ fidutia mis-  
ericordiæ. Ac de hac quæſtione, quod sequi re-  
conciliationem obedientia erga legem debeat.  
infra Cap.vi. copioſe dieet. Hic satis est Lecto-  
rem monuisse, qd obedientia illa non sit cauſſa  
remissionis peccatorum, nec digna, proprie-  
tatem simus accepti, et si debemus eam obedi-  
entiam præſtare.

Potest & hoc objici. Si promissiones quæ  
habent conditionem operum sunt inutiles,  
atq; irritæ. Igitur omnes promissiones lega-  
tes erunt inutiles, quales sunt. Date & dabi-

tur vobis

## COMMENT. PHIL. MEL.

cur vobis. Frange elurienti panem, & Deus  
minus exaudiet te. Respondeo. Discerni de-  
bet promissio remissionis peccatorum, & re-  
conciliatiois, ac vita æternæ, quæ est propria  
Euangelij à promissionibus legalibus. Lega-  
les enim habent conditionem operum, Sed  
promissio remissionis peccatorum, & reconcili-  
ationis, non habet conditiōem legis. Præ-  
terea legales illæ promissiones, verè sunt inu-  
tileis sine promissione Euangelij. Nam opus  
ipsum non satisfacit legi, nec iustificat, & in  
eo qui nō est reconciliatus fide, peccatum est,  
nec est opus ita meritorium, vt simul etiam  
Deo placeat. Sed in his qui sunt accepti gra-  
tis per fidutiam misericordiæ, placet obedien-  
tia erga legem, non quòd propter eam iusti-  
fiant, sed quia personæ aliunde reputantur ius-  
tæ. Itaq; opera illa placent, nō propter suam  
dignitatem, non em̄ satisfaciunt legi, sed quia  
persona habet finem legis, hoc est, pronuncia-  
tur iusta, postq; apprehēdit misericordiā, per  
Christū promissam. Quia cum illa opera hūt  
dubitante cōscientia, nō placet deo, & sunt ve-  
re peccata. Quare pri⁹ oportet plonā semp̄ sta-  
tuere, q; Deus certò sit propitius, prop̄ Christū,  
ita demum placent hæc opera, & merē-  
tur pñs præmia spiritualia & corporalia.

ENAR

IN III. CAP. AD ROMA  
ENARRATIO ML  
NORIS.

Minor in Sylogismo est. Promissio reconciliacionis debet esse certa ac rara. Hæc propositio facilis est intellectu. Primum enim hoc certum est, promissionem reconciliationis ac vitæ æternæ oportere ratam esse. Quia Deus est verax. Iam si addita esset conditio impossibilis, tota promissio fieret irrita & inanis. Deinde & nobis oportet certum esse, quod promissa consequamur, hoc est, quod consequamur remissionem peccatorum, & imputationem iustitiae, & donationem vitæ æternæ, Quia donec manet in nobis dubitatio, manent terror & mors, donec enim lex ostendit nobis iram Dei, terror & mors non possunt vinci. Necesse est igitur apprehendi contrarium verbum, quo certò statuamus Deum non irasci. Ideo necesse est, nos quoque oportere certos esse, quod consequamur promissam reconciliationem. Dubitatio autem repudiat illud verbum, in quo promittitur reconciliatio. Igitur sit & ob hanc caussam irrita & inutilis promissio, cum repudeat eam dubitatio nostra. Ideo contendit hic Paulus, promissionem oportere fide accipi.

Et ex

## COMMENT. PHIL. MEL.

Et ex hoc loco iterum apparet quid iudicandum sit de perulgatissima opinione monachorum, quae iubet dubitare conscientiam an habeat Deum placatum. Hæc impia opinio tollit vniuersam consolationem conscientiarum, tollit & totum cultum Dei & inuocationem. Deniq; simpliciter abolet totum Euangelium. Nam conscientiae non possunt reddi pacatae donec dubitant an habeant placatum Deum. Ideo Paulus infra dicit. Iustificati ex fide pacem habemus. Præterea quando dubitat conscientia an habeat Deum propitium non sentit se axaudiri à Deo, sed fugit & odit iudicium Dei, quare nec vere inuocat Deum. Facile igitur intelligi potest vniuersum cultum Dei & vniuersum Euangelium aboleri hac impia persuasione quæ dubitare iubet. Quare aduersus hanc dubitationem diligenter munire nos debemus. Homines securi non vident hanc dubitationem, & cum aliquo modo sentiunt eam, tamen non intelligunt, quantum peccatum sit, aut quid habet malum, propterea quod naturaliter in omnibus hominum animis talis dubitatio haereat. Et ob eandem caussam scholastici iudicauerūt et se naturalem opinionem, quæ non esset vicia, Sed nos sciamus Euangeliū proprium hoc ipsum.

### IN III. CAP. AD ROMA.

ipsum agere ut hanc dubitationem nobis existimat, sciamus nos debere luctari cum hac peste, & erigere nos Euangelio aduersus hanc dubitationem. Nam Euangelium iubet credere, hoc est vere statuere quod certò nobis sunt remissa peccata, quod certò reputemur iusti, quod certò Deus datus sit vitam æternam per misericordiam propter Christum. Dubitationem improbat Paulus, cum ait, Omne quod non est ex fide peccatum est. Improbat dubitationem & hic locus, Ideo ex fide, ut sit firma promissio. Item quomodo inuocabunt in quem non credit? Improbatur dubitationem & Ioannes cum ait, Qui non credit Deo, mendacem facit eum, qui non credit testimonio quod testificatus est Deus, de filio suo. Et tantum de Minore huius syllogismi, videlicet quod operteat promissionem reconciliationis & vitæ æternæ ratam esse, seu quod promissam reconciliationem consequamur. Cum autem maior & minor firmæ sint, necessaria est sequi firmam conclusionem, hoc modo.

Si promissio penderet ex conditione legis, esset irrita.  
Sed necesse est promissionem reconciliatiōnis ratam & certainam esse.

M

Igiē

COMMENT. PHIL. MEL.

Igitur necesse est homines reputari iustos  
non propter legem, sed solius misericordiae  
fidutia.

Ethicsyllogismus est  $\alpha\pi\circ\delta\acute{\eta}\sigma$  quo perspe-  
cto hæc tota controuersia rectius intelligi &  
iudicari potest. Ad hæc affert firmissimam co-  
solutionem conscientijs & docet nos in omni  
vita verum cultum & veram inuocationem,  
cum munit nos contra dubitationem de his  
tribus, scilicet de remissione peccatorum, de  
continua reputatione iustitiae, de donatione  
vitæ eternæ. Nam de remissione peccatorum  
tota res incerta esset, si penderet ex nostra im-  
pletione legis. Item renati perpetuo incertis es-  
sent, an haberent Deum placatum, an exaudi-  
rentur, si iudicarent renatos debere acceptos  
esse propter propriam perfectionem seu im-  
pletionem legis. Nam neq; hi satisfaciunt le-  
gi. Item morituri desperarent vitam æternā,  
si sentirent se vitam æternam expectare debes-  
se propter impletionem legis, tum enim vel  
maxime sentiunt se procul abesse ab impletio-  
ne legis. Aduersus has dubitationes perpe-  
tuas munit nos hæc  $\alpha\pi\circ\delta\acute{\eta}\sigma$  Pauli, quare ea  
diligenter meminerimus.

Et ut de dispositione orationis admoneas  
mus lectorem, sciendum est inchoari argu-  
mens

### IN III. CAP. AD RONA.

mentum à conclusione. Non per legem pro-  
missio Abrahæ sed per iustitiam fidei,  
Deinde sequitur maior. Si enim ex lege es-  
set hæreditas abolita esset fides & irrita pro-  
missio.

Ratio maioris, quia lex iram efficit, vbi es-  
tim non est lex ibi non est transgressio.

Sequitur rursus conclusio, cui minor est  
implicita et illigata ut saepe fieri solet. Ideo ex  
fide & gratis, ut sit firma promissio. Nam  
hæc verba proprie efficiunt minorem ut sit  
firma promissio. Cætera apte reddunt con-  
clusionem, Ergo necessæ est gratis fide continua-  
gere promissum sine conditione legis

De hoc syllogismo Pauli alicubi disputa-  
ui, vbi hæc totam caussam diligenter comple-  
ti conatus sum. Adscribā igitur eius disputa-  
tionis propositiones, si quid fortassis in hac  
re lucis afferent

### DISPUTATIO DE DIS CRIMINE LEGIS ET EVANGELII.

I Promissiones legis habent conditionem  
legis, ut Qui fecerit ea, viuet in eis.

II Promissio noui testamenti non habet cō-  
ditionem legis tanquam caussā aut meriti,

M ij

## COMMENT. PHIL. MEL.

Sed propter Christum gratis, non propter legem, offert remissionem peccatorum, reputationem iustitiae, & vitam æternam. Et hæc est propria noui testamenti seu Euangelij promissio.

III Si promissio noui testamenti penderet ex conditione legis, nihil esset nisi lex, nec magis iuuaret perterrefactas conscientias quam lex.

III Ad hæc prorsus irrita & inutilis esset promissio, habens conditionem impossibilem.

V Nemo enim satisfacit legi Dei, sicut David clare testatur cum ait, Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

VI Ut igitur promissio sit firma, hoc est, ut certò consequamur promissam reconciliationem, necesse est in ea sine conditione legis, & non propter legem offerri, reconciliationem.

VII Ac oportet conscientiam certam esse de remissione peccatorum, & reputatione iustitiae, & donatione vitae æternæ.

VIII Nam conscientia dubitans an Deo placeat, odit & fugit iudicium Dei, & ruit in desperationem.

IX Opinio sophistarum quæ tubet dubitare conscientiam, an Deo placeat, prorsus est impia

### IN III. CAP. AD ROMA.

impia, & tollit vniuersum verū cultū Dei,  
& inuocationem. Quomodo enim inuoca-  
bunt nisi crediderint, inquit Paulus.  
X Tollit & vniuersam consolationem con-  
scientiarum. Deniq; abolet vniuersum Euan-  
gelium.

XI Hic locus, quòd promissio debeat esse  
certa, hoc est, quòd conscientia debeat certò  
statuere, quòd consequatur remissionem pec-  
tatorum, et reputationem iustitiae, item quòd  
promissio non habeat conditionem legis, to-  
tius controuersiæ de iustificatione *orū xp̄i* est.

XII In hunc igitur locum, quòd promissio  
debeat esse certa. Item quòd non habeat condi-  
tionem legis, semper intueri nos oportet, &  
vt hinc firmam & certam consolationem ac-  
do strinam de vero cultu Dei sumamus, et ut  
fontes sententiæ Pauli cognoscamus.

XIII Nam hinc intelligi potest quare doce-  
at Paulus, quòd sola fide iusti reputemur, sci-  
licet quia iusti reputamur, non propter legē,  
sed certò per misericordiam propter Chris-  
tum.

XIII Si enim non propter legem, sed  
gratis pronunciamur iusti, sequitur nos fi-  
dutia solius misericordiæ iustos reputa-  
ri.

COMMENT. PHIL. MEL.

XV Quanquam autem promissio nouit  
stamenti, non habet conditionem legis, tan-  
quam caussam, tamen obediētia erga legem  
sequitur promissionem, tanquam effectus,  
seu debitum. Sicut ortū solis sequitur acri  
calefactio, et tamē calefactio acris non est cau-  
sa cur sol oriatur. Item connubium sequitur  
soboles. Et tamen soboles non est causa cons-  
nubij.

XVI Quanquam sequitur obedientia illa  
promissionem, tamen non est causa remissio-  
nis peccatorum, cum peccata remitti constet,  
etiam si adhuc plena sit natura peccatis.

XVII Præter promissionem propriam no-  
ui testamenti, sunt & legales promissiones,  
quia enim obediētia legis sequi debet, habet  
& opera suas promissiones.

XVIII Tales sunt, Date & dabitur vobis.  
Frange esurienti panem, & Dominus exau-  
diet te.

XIX Cum nemo legi satisfaciat, hæ quoq;  
promissiones inutiles & irritæ essent sine pro-  
missione Euangeli.

XX Sicut igitur lex impletur imputatiue  
per Euangelium, ita promissiones legis sunt  
utiles & ratæ per Euangelium.

XXI Postquam enim fide habemus id quod  
lex

### IN III. CAP. AD RAMO

Iex requirit imputatiue, hoc est, postquam iusti pronunciamur, opera iam merentur mercedem, ac si legi satisfactum esset.

XXII Et quidem legi satisfecimus, imputatiue, pronunciamur enim iusti propter Christum, perinde ac si legi satisfecimus,

XXIII Placent igitur illa opera, non propter suam dignitatem, non quia legi satisfaciant, sed quia persona est accepta, quae apprehendit misericordiam.

XXIV Non igitur iustificant illa opera. Nam & persona est accepta propter aliud, & opera ipsa per se legi non satisfaciunt.

XXV Quare semper statuendum est nos indigere misericordia, quia cum natura sit immunda, opera sunt immunda. Et sentiendum est nos reputari iustos propter Christum per misericordiam.

XXVI Et haec fides ad personam referatur, quod persona placeat per misericordiam.

XXVII Quod Paulus dixit omne quod non est ex fide, peccatum est, fidem vocat fiduciam misericordiae sicut alias, non uocat fidem tantum notitiam legis, aut obedientiam erga legem.

## COMMENT. PHIL. MEL.

XXVIII. Notitia legis est timor, Fides autem est fidutia misericordiae.

XXIX. Ideo autem peccatum est, quod non sit ex fide, Quia dubitatio conscientiae est peccatum, & desperatio.

XXX. Quod facile potest intelligi, si ad personam referatur, persona dubitans an placeat Deo, non sentit se exaudiri, ideo non vere invocat Deum, imo irascitur Deo, fugit & odit iudicium Dei. Iam si persona est immunda, opus etiam immundum est.

XXXI. Econtra, cum persona habet fidutiam misericordiae, credit se exaudiri, vere invocat Deum, non irascitur Deo. Postquam igitur persona placet, placent & opera. Ita si fides ad personam referatur, facilius intelligi potest, quomodo ex fide fieri bona opera debeantur.

XXXII. Hæc doctrina de dubitatione existenda, necessaria est. Et quia hoc peccatum, videlicet, perpetuam dubitationem de misericordia, non ferè intelligunt homines, diligenter hac de re admonendi sunt, ut luctari cum impietate naturali discant, & dubitationem fide superare.

XXXIII. Ita discent vere invocare Deum, & vere colere.

XXXIV. Hoc interest inter Euangelij doctrinam,

### IN III. CAP. AD RO

etinam, & doctrinam hypocriticam, Hypo-  
critica docet & cumulat cultus, cum hac du-  
bitatione. Euangelium contra docet hanc  
dubitatem impiam esse.

XXXV. Ex his facile iudicari potest, qua-  
tenus valeant promissiones legales, & quo-  
modo bona opera mereantur præmia. Et  
quomodo conditio legis, quæ re ipsa est im-  
possibilis, per Euangelium suppleatur, im-  
putatiue.

Vt esset hæres mundi.

Antea totā argumentationem de promissi-  
one simul complexus sum, Nunc quasdam  
particulas, quæ videntur subobscuræ, breui-  
ter explicabo. Paulus appellat promissio-  
nem hæreditatis mundi ipsam promissionē,  
in qua promittit Christus, & benedictionem  
omnium Gentium per Christum, iuxta illud.  
In semine tuo benedicuntur omnes gentes. In  
telligit ergo hæritas mundi, de regno Chri-  
sti, qui est proprie hæres i.e. dominus mundi,  
iuxta Psalmum. Omnia subiecisti sub pedi-  
bus eius. Item, Postula à me, & dabo tibi gē-  
tes hæreditatem tuam. Item, Et adorabunt eū  
omnes gentes, omnes Reges seruient ei. Voca-  
tur autem hæritas mundi, & quia Euange-  
lium

M V lium

## COMMENT. PHIL. MEL.

Ium spargitur in totum mundum , & quia regnum erit potentius vniuerso mundo & omnibus regnis mundi , destruet igitur regnum diaboli peccatum & mortem . Et cum alia regna interire soleant omnia , hoc regnum perpetuum erit , & hæredes Christi mundo potentur . Omnia enim propter Christum & electos condita sunt . Ita in breui periphras si regni Christi multa significat Paulus . Sed hoc nos præcipue consideremus appellari hereditatem mundi , quia regnum Christi potestius sit vniuersa mundi potentia , iuxta verbum illum . Omnia subiecisti sub pedibus eius . Verum priusquam glorificantur hæres des huius regni , longe alia species est . Nihil enim videtur imbecillus esse . Vexamur à peccato & morte . Diabolus vniuersam mundi potentiam contra Euangelium incitat . Cui autem regnum Christi sit regnum Dei , Necesse est hic fide experiri potentiam huius regni . Sed homines sine fide cogitant Christum regnare ociosum , tantum somniant eum quædam bona præcepta nobis reliquisse de patientia qualia sunt epicteti aut Socratis , & fingunt nos oportere sine auxilio Christi perpetuam mortem & vniuersam diaboli potentiam . Qui sic sentiunt non intelligunt regnum Christi

### IN III. CAP. AD RO

& ad extremum ruunt in desperationem. At diuersum sentiendum est. Cum enim fide potestiam Christi experiemur, sentiemus Christum non regnare ociosum, sed verè efficacē esse in suo populo, & quidem victorem esse diaboli & vniuersae potentiae diaboli. Fide confortatio aduersus peccatum et mortem apprehendi debet. Fide apprehendi debet defensio aduersus furorem mundi. Sicut alia regna suam habent militiam qua se defendunt, ita regnum Christi pugnat velut armis hac fiducia misericordiae & auxiliij Christi, sicut Christus inquit Confidite ego vici mundū.

#### Lex iram efficit

Hæc sententia infra copiose tractabitur, intelligit autem totam legem. ac præcipue de catalogum, Nam decalogus præcipue accusat & agit reos omnes homines, quia hæc tota natura hominum immersa est peccato, plena est contemptu Dei, diffidentia, odio Dei & alij pestibus. Ideo lex non plus efficit quam ut perterrefaciat conscientias & ad desperationem adigat. Hos terrores conscientiae vocat iram, in quibus videlicet, conscientia irascitur iudicio Dei fugit & odit iudicium Dei.

Dixi autem supra, Paulum hac sententia probare quod promissio irrita esset, si pende  
res

COMMENT. PHIL. MEL.

ret ex conditione legis, sequeretur enim pro-  
missionem inutilem fore cum legi nunquam  
satisfacimus, si quidem promissio non con-  
tingeret nobis nisi obseruata lege. Sed Pau-  
lus multo significantius hæc dicit hoc modo,  
Lex simpliciter habet effectum contrarium  
iustificationi, parit iram aduersus Deū, et os-  
dium Dei, Ideo non iustificat. Assert despera-  
tionē et mortem, igitur nō viuiscat. Cum igi-  
tur lex habeat contrarium effectum promissi-  
oni, non potest promissio pendere ex conditi-  
one legis. Ideo inquit, si ex lege esset hæredis-  
tas, fides abolita esset, et irrita promissio, qua-  
si dicat, si requireretur legis conditio, cum lex  
afferat desperationem, quomodo posset exil-  
tere fides, desperatio enim fidei contraria est.  
Item promissio esset irrita si penderet ex condi-  
tione legis, quia lex semper accusat semper agit  
nos reos. Paulus addit breuem rationem  
huius dicti, vbi non est lex ibi nec transgre-  
sio, Docet enim quomodo lex augeat peccatum,  
videlicet, quod id fiat non vicio legis  
sed nostro. Ideo enim accusat nos lex, quia na-  
tura non obtemperat legi, Sed hic totus loc⁹  
de legis effectu infra reputetur & copiose il-  
lustrabitur, vnde sumi debet explicatio hui⁹  
argumenti, Ideo enim repetit, ut hoc argumē-  
tum

### IN III. CAP. AD RONA.

tum de effectu legis, quod in hac causa inter  
principia est, reddat illustrius. Nam si lex tam  
tum auget peccatum, clare sequitur, quod nobis  
opus sit gratuita promissione & misericor-  
dia.

Qui est pater omnium nostrum.

Postquam absoluimus argumenta, addit in fine  
amplificationem fidei Abrahæ, in qua pingit  
naturam fidei. Primum quod fidei ob-  
iectum sit promissio Dei, cui assentitur fides,  
etiam si contrarium apparet rationi. Hoc est,  
quod ait, Praeter spem credidit in spem, quia  
Deus mortuis reddit vitam, & ea quæ non  
sunt, vocat, id est efficit ut sint. Ita Moses  
credidit se euasurum esse, etiam si vndeque  
inclusus esset. Ita nos credamus nobis igno-  
sci, credamus nos exaudiri etiam si nihil nisi  
peccatum in nobis sentimus.

Docet item quod fides sit certitudo quædam,  
non dubitatio. Ideo inquit, non dubitauit dis-  
fiditia. Item certus fuit. Has particulæ memi-  
nisce debemus aduersus impiam & pernicio-  
sa doctrinæ Scholasticorū, quæ iubet dubita-  
re de remissione peccatorū, quæ iubet dubita-  
re virum habeamus Deū propitiū. Dictrīa est  
aut supra necessario se qui dubitationē, si pen-  
deat

## COMMENT. PHIL. MEL.

deat res ex conditione legis. Ideo necesse est statuere, quod sola fide, id est fidutia solius misericordiae certò reputemur iusti.

Deinde admonet de fide, quod fides sit summus cultus, et summum opus bonum, quia tribuit Deo gloriam misericordiae & veritatis, sentit Deum misericordem esse, veracem & seruantem promissi. Sed ut saepè dixi, sciendum est homines pronunciari iustos, non propter nostrorum cultuum, aut virtutum dignitatē, sed propter aliud extra nos, scilicet propter misericordiam in Christo promissam, quae tamen accipi aliter non potest, nisi fide seu fidutia. Sicut autem non pronunciamur iusti propter aliorum operum virtutum dignitatem, ita nec propter fideli illius aut fidutiae dignitatem. Sed ideo quia fidutia illa apprehendit misericordiam. Et tandem interim sicut, in uocatio gratiarū actio, patientia, dilectio proximi, sunt cultus Dei, ita fidutia misericordiae præcipuus cultus est, Sicut docet Psalm, iij. Sacrificate sacrificium iusticiæ, & sperate in Domino, quasi dicat hoc est iustum Sacrificium, & Deo placens, sperare in eum. Et quanquam plurimorum scriptorum libri consumuntur in encomijs externorum cultuum, & ciuilium virtutum.

IN. III. CAP AD ROM A.

tum. Alius Prædicat eleemosynas, Alius tollerantiam afflictionū, Alius castitatem, quæ sunt sancte virtutes magnæ & laude dignæ. tamen nos sciamus hunc arcum cultum dei, longe præstantiorem esse, scilicet, fidutiam misericordiæ in invocatione, et in temptationibus omnis generis. Huc cultū exercere Christiani præcipue debent. Ita enim crescat in eis notitia Dei. Quidam hypocritæ calumniantur nos, quod fidem magis laudemus quam cætera bona opera. Et ut videantur valde religiosi, diligenter colligunt vndeque bonorum operum præcepta & encomia. Hi fortassis hoc proficiunt, ut moribus vulgi melius consulant. Sed interim obruunt fidei cognitio nem, dum immodice amplificant externam illam hypocrisim operū. Porro in Ecclesia extare oportet fidei notitiam ut conscientiae habent firmam consolationem, & Deum verè agnoscent. Ideoque diligenter assueti faciendi sunt pñ, ut hanc fidutiam misericordiæ exercere dicant.

Non scriptum est autem propter ipsum tantum,

Accommodat exemplum Abrahæ ad nos. quia Abrahā propositus est tanquam pater & forma

## COMMENT. PHIL. MEL.

forma populi Dei. Ideo sicut ille pronunciatur iustus, ita pronunciantur iusti & reliqui. Deinde iterum clare testatur nos fide cōsequitur remissionem peccatorum, & imputationem iustitiae, & diserte addit, mediatorem, ne cogitemus aliquos ignaros promissionis, & mediatoris Christi, tamen fiducia misericordiae saluos fieri. Quia sine promissioe, & sine mediatore, non potest certò statui de voluntate Dei, & de misericordia. Ideo in hac fiducia ne celste est simul apprehendi promissionem, & mediatorem Christū. Quomodo em̄ possit voluntas Dei erga nos cognosci, nisi ipse p̄efaciat eam? Sicut Ioannes ait. Deum nemo vidit vñq̄. Filius autem qui est in sinu patris ipse enarravit nobis. Præterea etiam hostia & placatore opus est, quare Christum oportet nosse.

Quod ait, traditū esse propter delicta nostra, & resurrexisse propter iustitiam, etiā indicat, qualis beat esse fides, scz, non notitia hystoriæ, sed fiducia beneficiorū istorū, quæ Christus attulit, scz fiducia remissionis peccatorum, & imputationis iustitiae. Porro remissionem peccatorum refert ad mortē Christi, quia mors fuit hostia pro nostro peccato, & est premium propter quod remittitur peccatum

## IN VI. CAP. AD ROMA.

tum nostrum. Resurrectio vero est glorifica-  
tio, qua Christus reuiuiscens viui-  
ficat nos quoq; & inse-  
rit suo regno,  
vt sim⁹  
cohæredes, hoc est  
accepti Deo  
& sal-  
ui.

## CAP V T V.

Iustificati igitur ex fide, pacem  
habemus erga Deum, per Do-  
minus nostrum Iesum Chri-  
stum.

E Pilogus est confirmationis, qui re-  
petit propositionem, & addit am-  
plificationem de fidei effectu, Na-  
fidutia certa misericordiæ liberat conscientiā  
à pauore, & terroribus, & reddit eam tran-  
quillam & certam. Hic est propriissimus &  
primus effectus fidei in hominibus. Atq; ita  
N viuisc

## COMMENT.PHIL.MEL.

viuiscat fides, quia hoc modo consolatur, et  
perterfactam conscientiam erigit. Quare ad  
didit Paulus amplificationem de hoc effectu  
fidei, ut natura fidei melius conspici possit.  
Estq; propositio epilogi. Iustificati fide pacem  
habemus erga Deum per Dominum nostrum  
Iesum Christum. Primum repetit principia  
lem propositionem eaissae, quod fide Iustifi-  
cemur. Deinde addit de effectu, Pacem habe-  
mus erga Deum. &c. Quid Pacem appelle-  
ret clare describit cu adiecit erga Deum. Si-  
gnificat igitur pax hoc loco, ut saepe alias, con-  
solationem & gaudium conscientiae erga De-  
um. Origenes corruptis lectionem et transfor-  
mavit Euangelij doctrinam in legem hoc mo-  
do. Iustificati fide pacem habeamus. Et hic pa-  
cem interpretatus est de officijs dilectionis er-  
ga homines, quasi nihil hic agat aliud Paulus,  
nisi ut precepta de moribus tradat. Sed con-  
stat Paulum adhuc de fide concionari, &c de  
conscientia agente cum Deo. Ideo enim adie-  
cit hanc particulam, Pacem erga Deum, item  
Accessum in gratiam &c.

Ethic locus rursus impeditat nobis sine  
missimum argumentum de iustitia fidei via  
delicet sumptum ab effectu.

Tantum illud iustificat, quod reddit con-  
scientiae

IN V . CAP. AD ROMA.

scientias pacatas erga Deum .

Sola fide redduntur conscientiae pacatae .

Igitur sola fide iustificamur .

Maior est plana quia donec conscientiae ira scuntur iudicio Dei , fugiunt ac oderunt Deus um ac desperat . Minor est Pauli in hoc loco , iustificati fide pacem habemus . Et constat quod opera non possint reddere pacatas conscientias , iuxta illud . Non iustificabitur in conspectu omnis viuens . Et hoc argumentum me etutuo minerimus , ac in promptu habeamus , ut operibus omnibus cauillationibus quae ex cogitantur de operibus . Cum enim constet non reddi pacatas conscientias operibus , ne cesset alibi querere iustificationem . Itaque quantumcumque efferant alij opera , nos huc respiciamus , sola fide reddi pacatas conscientias , vnde facile poterit intelligi iustificationem fidei tribuendam esse non operibus .

Docet hic locus etiam alia multa Pacem habemus erga Deum . Primum taxat falsam doctrinam quae iubet dubitare de remissione peccatorum &c . Nam conscientia dubitans non habet pacem , igitur fide contra dubitantes sequatur . Taxat etiam falsas imaginationes de satisfactionibus , de monachatu & alijs operibus .

N*on* peribus

## COMMENT.PHIL.MEL.

bus per quæ conabantur homines ignoris  
doctrinæ de fide, conscientias pacatas redi-  
dere. Nam hic clare docet conscientias  
non posse reddi pacatas ullo alio modo, nisi  
si fidutia misericordiæ Christi &c. Item cum  
in scholis disputant de remissione peccati, dil-  
cernunt remissionem culpæ & remissionem  
poenæ, quod interdum prodest, cum sit men-  
tio poenarum & afflictionum communium  
in hac vita. Sed illud non recte singitur in ius-  
tificatione remitti culpam, & mortem æternam  
nam commutari in poenas purgatoriij aut satis-  
factiones. Nam hic locus docet nos in re-  
missione peccati consequi gaudium & pacem  
erga Deum. Quare non restant alijs terrores  
purgatoriij. Sed fides cum accipit remissio-  
nem culpæ, simul erigit & viuificat per ter-  
factas mentes, iuxta illud Iust' ex fide viuet.  
Quod enim ait viuet, testatur mentes libera-  
ri à morte æterna. Et ridiculū est fingere mor-  
tem æternam, aboleri satisfactionibus nos-  
tris, non victoria Christi, cum scriptum sit,  
Ego mors tua, o mors. Itaque fidutia Christi  
vincitur mors æterna, non nostris satisfactio-  
nibus. Præterea si conscientiæ non deberent  
esse quietæ nisi post satisfactiones, fides inter-  
im nō esset fides, quia fides naturaliter afferit  
secum gaudium & pacem conscientiæ. Cate-

## IN .V CAP. AD ROMA:

rum etiam si interdum Deus addit certas poe-  
nas, sicut Dauidē eiecit ē regno propter adul-  
terium, & quotidie nos subiicit afflictionis  
bus communibus, tamen sciendum est inte-  
rim hos qui credunt verè iustos esse, hoc est  
acceptos Deo, & habere vitam æternam. Et  
afflictiones illas nec imponit ecclesia, nec re-  
mittit, sed sunt tantum in arbitrio Dei. & mi-  
tigantur à Deo propter totam, poenitentiam  
nostram, sine autoritate aliqua ecclesiastica,  
vel relaxatione ecclesiastica.

### Per quem habemus accessum.

Habere accessum ad Deum significat Deo  
reconciliatum esse, seu non fugere deum. Sed  
iam habere propicium. Diligenter autem ob-  
serues quod de fide addidit, Fide habemus ac-  
cessum. Scholastici somniant ad remissionem  
peccatorum cōsequendam satis esse contritio  
nem & dilectionem. De his operibus tan-  
tum docent, de fide nihil dicunt, nusquam do-  
cent in remissione peccatorum oportere acce-  
dere fidutiam, quæ erigat nos in contritione.  
Aduersus istā impiam & perniciosa mī-  
ginationem opponamus hunc locum Pauli,  
Ut sciamus in remissione peccatorum semper  
opus esse actuali fide, hoc est fidutia apprehe-  
dente misericordiam & mediatorem. Et  
N in quis

## COMMENT. PHILIP MEL.

quidem contingit remissio peccatorum, & reconciliatio, seu imputatio iustitiae non propter contritionem, aut dilectionem, sed per misericordiam proprie Christum, fiducia illa apprehendente promissionem &c.

### In gratiam.

Gratia significat non qualitates aut dona infusa hominibus sed relative favoris Dei, videlicet remissionis peccatorum et imputationis iustitiae. Etsi necesse est effici in nobis nouas virtutes.

### Gloriamur in spe.

Gloriamur, id est ducimus nos esse gloriosos seu habere gloriam. Sententia ex Antithe si intelligi potest. Christus pollicetur aeternam vitam nouam et perfectam iustitiam. Sed longe aliud apparet in his qui credunt. Non solum mortem & alias calamitates sustinent, sed etiam haeret in eis peccatum. Itaque & Porphyrius irritis hoc nomine Christianam doctrinam, quod cum promittat nouam quadam naturam, tamen, relinquat Christianos perinde obnoxios viciosis affectibus ut casti sunt. Sed Paulus egregie docet & confortat nos. Supra dixit nos iam esse iustos, Sed intelligit iustos, non de qualitate in nobis, sed relativis

IN . V CAP. AD ROMA:

relative pro acceptis, sic enim declarat cum inquit, habere nos accessum ad Deum, nunc ad dit quid sentiendum sit de nostra qualitate, gloriamur inquit in spe hoc est, et si nondum habemus in nobis perfectam nouitatem, & vitam æternam, tamen habemus has dotes in spe gloriae Dei, id est sperantes quod Deus sit nos glorificaturus, certò scimus nos conservuros esse vitam æternam, & nouam naturam in qua non sit peccatum, et si interim naturam circumferimus peccato & morti obnoxiam. Idem dicit ad Galatas. Nos spiritu ex fide spem iustitiae expectamus, quasi dicat, fide quidem accepti sumus Deo, sed tamen adhuc immundi sumus & expectamus perfectam nouitatem. Quanquam autem nouitas in hac vita incipit, tamen cum semper in nobis hæreat peccatum, sic in nobis instituta est conscientia ut intelligat nos iustos esse, non propter nouitatem, seu qualitatem in nobis, sed per misericordiam. Quare ad misericordiam respiciat, & fidutia misericordiae se sustentet, qualis qualis sit nouitas. Imò tantum habemus nouitatis & vitæ, quantum habemus fidei. Quare hanc fidutiam misericordiae teneamus & exerceamus ita simul etiam crescat nouitas. Sed tamen in illis maximis, & horribilibus terroribus

COMMENT. PHILIP MEL.

cum conscientia sentit peccati magnitudinem  
& iram Dei. opus est hac consolatione quod  
videlicet iusti, hoc est accepti simus non pro  
pter nostram nouitatem, sed propter Christum.

Non solum autem, sed etiam glo  
riatur in afflictionibus

Addit amplificationem quod afflictiones  
quas mundus iudicat non esse gloriam, sed  
ignominiam & miseriam, sunt nobis glorio  
sa. Ira instituit iam egregiam consolationem  
de omni genere afflictionum. Nam cum prius  
admonuissest nos adhuc sperare & expectare  
gloriam, hoc est, perfectam vitam, perfectam  
nouitatem, sapientiam & iustitiam &c. apte  
nunc adjicit quid sentiendum sit de æru  
mnis corporalibus & spiritualibus quas ins  
terim sustinemus. Ponit itaque propositionem  
de afflictionibus, in qua sententia est omnino  
contraria iudicio rationis humanæ, mortem  
& alias calamitas ait nobis gloriose esse,  
hoc est, esse res bonas, non destinatas ad perni  
ciem nostram, sed ad salutem. Hæc est summa  
huius propositionis, Gloriamur in afflic  
tionibus, id est dicimus afflictiones esse res glo  
riosas & bonas.

Sed Paulus gradatione ad texit, in qua pul  
chre

## IN V . CAP. AD ROMA

thre pingit usum & finem afflictionum. Et  
ut haec gradatio facilius intelligi possit, nos  
prius dicemus quid in genere de afflictioni-  
bus sentiendum sit.

Primum igitur statuendum est afflictio-  
nes non accidere casu sine consilio aut volun-  
tate Dei, sicut plerique homines iudicant. Et  
contra hanc Epicuream cogitationem egregie  
munit nos Ieremias in Threnis cum ait. Quis  
est iste qui dixit fieri haec domino non iuben-  
te. Ex ore altissimi nec bona nec mala veniunt  
&c Item Paulus inquit a Domino corripi-  
mur. Hic testatur consilio & voluntate Dei  
accidere calamitates. Item ipse fecit nos & no  
ipsi nos.

Secundo non satis est scire Deum auctore  
esse, nam in summis afflictionibz experimur  
nobis Deum ipsu irasci, a Deo nos abiectos  
esse. Sed sciendum est etiam quod Deus affli-  
git hoc consilio, hoc sine, non ut perdat, sed  
ut saluet, vocat enim per afflictiones ad poenitentiam, & admonet ut fide erigamur & ipsu  
sum inuocemus. De hoc sine testimonia no  
bis in promptu & in conspectu esse debent,  
vt Cum iudicamur, a Domino corripimus.  
Item. Quod  
necum hoc mundo damnemur. Item. Quod  
diligit Dominus castigat. Esaiæ. xxviij.

Irasces

## COMMENT. PHIL. MEL.

Irasceretur ut faciat opus suum, Alienum opus facit, ut faciat opus suum, id est, effigit & ceteret, ut saluet ac seruet. Nam haec vocat propria Dei opera, saluare & viuiscare. Alienum opus vocat, affligere & perdere. Idem docet haec ipsa sententia Pauli, Conclusit Deus oes sub peccatum, ut omnium misereatur, non enim ait, ut perdat, sed ut misereatur. Et conclusi sub peccatum, est subiecti irae Dei, morti & omnibus calamitatibus. Et quo tristius dicendum est, cocludit sub peccatum, eorum habet hic locus consolationem vberiorem, quod vide licet misericordiam promittit, non solum his qui vexantur communibus calamitatibus, sed his qui iacent horribiliter oppressi, peccato & morte. Quare habet hic locus grauiissimam consolationem. Est & hoc obseruandum, quod sententia est vniuersalis. Ut omnium misereatur, Ideo tempore opponenda est periculis imaginationibus, de praedestinatione, ne disputeamus alijs promitti misericordiam, nobis non promitti. Tales imaginations falsae sunt, & impie, quia calumniantur & corruptas promissiones, quae omnibus pollicent misericordiam, & requirunt ut credant omnes. In eiusmodi vniuersales sententias, nos quoque includamus. Ac prodest similia testimonia vniuer-

## IN V .CAP. AD ROMA

Vniuersalia habere in conspectu. Extant autem de hoc vsu afflictionum passim, & in Psalmis egregia testimonia, vt Bonum mihi quod humiliasti me, vt discerem iustificantes tuas. Item, Castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me. Huc pertinet & haec sententia, Viuo ego, nolo mori, tem peccatoris, sed ut conuertatur & viuat. Cum igitur credimus hunc finem afflictionum esse, non ut pereamus, sed ut misericordiam quæramus, iam afflictio sit bona, & grata, & signum non irae, sed gratiae. Tantisper autem conscientia fugit Deum, & irascitur iudicio eius, cum iudicat afflictionem sicut esse irae & exitij, Quare necesse est, in afflictione intelligere bonam voluntatem Dei, ut Deus fiat obiectum bonum & amabile.

Tertio, Postquam iam scimus nos affligi a deo non ut pereamus, accedere debent inuocatio & fides, seu spes auxiliij, & salutis, iuxta illud, Inuoca me in die tribulationis. Item, Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Habemus autem de inuocatiōe praecepta, & promissiōes. Promissiōes erigunt fidē, vt statuam⁹ verē nos exaudiri a deo, & futurum ut iuuemur, etiā si modū & temp⁹ ignorem⁹ Fide em⁹ expectare auxiliū debem⁹

Itaq;

## COMMENT. PHIL. MEL.

Itaq; in afflictione ad promissiones configis-  
endum est. Considerandum est autem etiam  
mandatum de inuocatione, vt discamus huc  
cultum præcipue requiri à deo, vt inuocem⁹  
in afflictione. Iam cum hunc cultum præcis-  
pue requirat Deus, certè non vult in afflictio-  
ne perdere, sed misereri & seruare. Vtrumq;  
igitur nobis proponamus, mandatum & p⁹  
missiones, & meminerimus Deum sic velle  
coli, & exerceamus fidem, nec dubitemus,  
quin Deus velit exaudire. Atq; in his certa-  
minibus crescit fides. Ethic solus cultus dis-  
cernitpios ab impijs, q; pij statuunt se habere  
Deum non surdum, non ociosum, sed exau-  
dientem, & respicientem nos. Impij vero ha-  
bent cultus, habent opera, interim vero dubi-  
tant, vtrum exaudiantur, an respiciantur. Ideo  
sic pingit Psalmus Deum impiorum. Aures  
habent & non audient, oculos habent, &c.  
Describit enim Idolum cordis, qualem vides  
licet impij Deum esse iudicent, Cum tali du-  
bitatione atq; impietate luctandum est, & à  
dubitatione reuocandus animus, & fidutia  
certa concipienda, qd verè Deus exaudiatur, re-  
spiciat, & miseriatur. Sicut Paulus inquit,  
Orate sine ira, & sine hæfitatione, id est, orate  
non irascentes Deo, quasi non curet nos, aut  
pro

## IN V. CAP. AD ROMA.

proiecerit nos. Item, Orate non dubitantes,  
quoniam Deus exauditus fit.

Hanc doctrinam de afflictionibus comple  
titur Paulus in hac gradatione. Tribulatio  
patientiam parit. At afflictio naturaliter parit  
impatientiam, cum sentiunt homines aut casu se af  
fligi, aut affligi a Deo ut pereat. Sicut in Sau  
le calamitas pariebat iram & impatientiam. Era  
go cum inquit Paulus afflictionem afferre de  
bere patientiam. Item spem, iudicat nos affli  
gi neque casu, neque hoc consilio ut pereamus, sed  
potius ut seruemur.

### Patientia probationem.

Gradatio connectit ea, quae ordine aliquo  
inter se cohaerent. Patientia existere non potest  
nisi fide statuamus nos Deo placere, & futu  
rum esse ut seruemur. Nam philosophica pa  
tientia tantum est obedientia, qualiscumque era  
gationem sine spe aut fiducia misericordiae  
& auxiliij Dei. At Christiana patientia haec  
duo complectitur, obedientiam & fidem seu  
fiduciam misericordiae & auxiliij Dei. Itaque  
quando sustinemus afflictionem, simul expe  
rimur fidem. Ita patientia parit probatioem,  
Exercemus enim & experimur fidem, dum  
patienter toleramus afflictiones. Et significat  
probatio, ut ita dicam, explorationem, & ex  
perientiam

## COMMENT. PHIL. MEL.

perientiam fidei nostræ, quam cum exerceamus, experimur etiam præsentiam & bonitatem Dei. Ideo sequitur. Probatio spem efficit, id est, cum fide experimur bonitatem dei, cum fidé exercemus, crescit spes, quæ est quædam perpetua fidutia, & expectatio euentus. Nam fides accipit in præsentia reconciliacionem & promissionem de euentu. Spes vero expectat futurum euentum. Quanq; em sit cognati & coniuncti motus & affectus, fides & spes, tamen hoc modo discerni possunt.

### Spes non confundit;

Postrem⁹ grad⁹ est, spes nō cōfundit, sententia eadē est, quæ est in illo dicto Elsaiae, Omnis qui crediderit in eū, nō cōfundet. Aut in isto dicto & similibus. Ut oīs qui credit in eū, nō pereat. Nam hæc testimonia reddunt cōscientias certas, qđ haud dubie consequamur fidei iutem, & vitam æternā. Et in his sententijs de spe & fide, admonendi sunt hoīes iterū, de exclusiua, de qua supra dictum est. Quod fides & spes nō pendeāt ex dignitate operū nostrorum, aut patientiæ nostræ, sed ex sola promissione misericordiæ. Si enim penderet res ex nostra dignitate, conscientia fieret incerta.

Quare

## IN V. CAP. AD ROMA.

Quare ut sit certa conscientia, fidem & spem  
intelligamus non habere caussam in nostra dia-  
gnitate, Sed tantum niti promissione diuina.  
Illa spes non confundit, id est, non est inanis,  
quæ nititur tantum promissione misericor-  
dæ. Sed spes quæ nititur dignitate nostræ pa-  
tientiæ, aut operum nostrorum, incerta atq;  
inanis est. Sic iudicandum est & de illa sen-  
tentia. Omnis qui crediderit in eum, non co-  
funderetur, videlicet, qui confidit, non propter  
propria merita, aut propriam dignitatem,  
sed tantum propter promissionem misericor-  
dæ, hic seruabitur. Hebraica phrasis est, con-  
fundi, pro frustrari, Non confundi, non frus-  
trari, Sic & in Psalmis accipi debent senten-  
tiæ, quæ passim occurunt de fide, & spe, vi-  
delicet, ne iudicemus fidem aut spem pendes-  
te ex nostris meritis, aut nostra dignitate, sed  
vt certò statuamus, eam tantum pendere ex  
promissione misericordiæ. Et qui hanc exclu-  
sionem in hoc negocio improbat, simpliciter  
non vident quid dicant. Quia conscientia tan-  
tum de illa exclusiva dimicat, Cum enim sen-  
tia nostra opera indigna esse, hoc vnū quæ-  
rit, virum Deus velit nobis gratis ignoscere,  
Nec potest acquiescere, nisi certò sciat deū ve-  
le nobis propiciū esse, & nos seruare p. mise-  
ricors

## COMMENT. PHIL. MEL.

ricordiam, et si simus indigni & immundi.  
Proinde hunc Pauli locum de spe deprauant  
Scholastici, qui hic docent, spem pendere ex  
dignitate patientiae, propterea q[uod] Paulus dixit.  
Tribulatio patientiam parit, Patientia proba-  
tionem, Probatio spem. At apud Paulum af-  
flictio materia est circa quam versatur spes, si  
cur curatio circa morbum. Et sicut in curatio[ni]  
vulneris, patientia vulnerati, qua se curatio[ni]  
ni accommodat, non est remedium, nec preci-  
um proprium quod contingat sanitas, ita hoc lo-  
co patientia in calamitate non est precium aut  
remedium propter quod seruemur, Sed in-  
strumentum, quo præbemus nos spe curan-  
dos, sed non est opus accurata confutacione.  
Facile enim intelligi potest, spem non posse  
certam esse si pendeat ex dignitate nostrae pa-  
tientiae.

Postq[ue] autem hunc gradum posuit, proba-  
uit institutam propositionem. Afflictiones  
nobis gloriofas, hoc est, bonas esse, quia affli-  
ctiones sunt exercitia spei. Spes est gloria.  
Igitur afflictiones sunt glorioæ. Sicut au-  
tem nos diximus oportere in afflictionib[us] ac-  
cedere fidem & inuocationem, ita hic Paulus  
spem requirit, spes autem coniuncta est cum  
fide & inuocatione,

Dilectio

## IN V.CA.P.AD RONA.

Dilectio Dei effusa est in cordi  
bus nostris.

Idem hic dicit, qd spe concipiāmus consola-  
tionem, sicut supra dixit, qd fides pacem &  
gaudium conscientiae pariat. Est enim senten-  
tia, cum speramus erigimur, & concipiāmus  
consolationem, in qua bonitatem Dei agno-  
scimus, & statuimus nos diligī, defendī, &  
seruari à Deo. Nam dilectio Dei significat di-  
lectionem, qua Deus nos diligit, hæc effundi-  
tur in corda nostra, hoc est, in consolatione a-  
gnoscitur & sentitur. Nec est somniandum,  
qd cauſa spei sit nostra qualitas & dilectio,  
qua nos Deum diligimus, sicut hunc locum  
Scholasticī interpretantur, neq; enim hoc di-  
cir Paulus, Ac planè desperandum esset, si no-  
stra dilectio esset cauſa spei, cum diligere non  
possimus, nūl prius fide apprehēderimus mis-  
ericordiam. Et constat q; sit immunda, & exi-  
guā dilectio, &c. Quare tenendum est obie-  
cta fidei & spei, esse nō nostras qualitates, nō  
nostras virtutes, sed dilectionem Dei erga nos  
ostensam in promissione certa & infallibili.  
Sicut igitur supra dixit, Fide reddi pacatas cō-  
scientias, Ita hic dicit spe erigi & confirmari  
mentes, Quia fides & spes apprehendunt di-

O

lectio

COMMENT. PHIL. MEL.

lectionem Dei erga nos. Dilectio de effusione  
in cordibus nostris, scilicet in ipso actu spei  
aut fidei. Et discimus ex his locis  
quos motus parat spiritus sanctus in p̄js scia  
licet fidem & spem, & in his ipsis motibus co  
cipitur gaudium & pax conscientiae, cum 22  
gnoscitur bonitas & misericordia.

Nam Christus cum nos adhuc ins  
firmi essemus secundum tempus, pro  
impiis mortuus est.

Supra in fine gradationis posuit sententiam  
de certitudine spei, spes non confundit. Nam  
hoc cultu verè & proprio differunt p̄n ab im  
pijs, videlicet hac certitudine,, quod p̄j certò  
confidunt se habere Deum propiciū, certò  
sperant & expectant auxilia. Nunc subhicit ar  
gumentum quo spem confirmat, sumptum  
ex signis & testimonijis misericordiae seu bo  
nitaris, cuius cognitio spem erigit. Est c̄f hac  
enthymematis summa, Deus ita diligit nos  
ut Christum voluerit pro nobis mori, & in  
iustos redimere. Quanto magis nunc iustifica  
tos & reconciliatos seruabit. In antecedens  
te amplificat magnitudinem amoris Dei ers  
ganos, Nam in omnibus temptationibus illa

## IN. V. CAP. AD ROMA.

est præcipua quæstio conscientiæ de voluntate Dei, an Deus diligit nos, an vero irascatur Ideo diligenter colligit signa & testimonia dilectionis infra in capite octauo, vbi ad eundem modum consolatur nos, signa & testimonia Dei erga nos colligens, Ut qui dedit filium suum pro nobis omnibus. quomodo non omnia cum eo nobis donabit

Vix enim pro iusto aliquis moritur.  
Nam pro bono fortassis aliquis ausit mori

Amplificat argumentum hoc modo, Christus mortuus est neçp ex debito neçp propter aliquam suam utilitatem. Illa autem ingens vis est amoris redimere aliquem à morte cui nihil debeas, et à quo nullam capias utilitatem, Imò talem qui male meritus est. Hæc est sententia horum verborum. Vix pro iusto aliquis moritur, id est inuiti in causa iusta morte operatus vbi mori debemus. Ut fur inuitus moritur etiam si debet mortem legibus. Miles inuiti mortem opperunt, etiam si mori debent pro repub.. Intelligatur igitur in verbis Pauli pro iusto, de re seu causa iusta seu debito. Sic deinde, sed pro bono fortassis ausit aliquis mori, intelligatur etiam de re bona,

O ij bona,

COMMENT. PHIL. MEL.

Bona, iucunda, aut utili, Nam facilius suscipimus pericula, incitati cupiditate, aut opinione utilitatis, quam coacti debito. Sicut multe mortem oppetunt ad retinendas res caras, ut coniuges aut gloriam &c. Haec est sententia harum particularum, quae amplificant beneficium Christi, ex causis moriendi. Christus nec debuit nobis, eramus enim hostes & impii, nec utilitatem aliquam suam fecutus est. Igis necesse est, maximam vim amoris esse, quae sola mortis eius causa est. Et profecto si in orientem Christi consideremus, fateri necesse erit, quod verè diligit nos Deus, magis quam ultra mens humana existimare potest. Ideo nulla ratio efficacius erigit, aut confirmat fidem, aut spem, quæ si illam vim amoris existimemus ex morte Christi. Quia fides verè est fiducia et amoris Dei erga nos. Huc enitetur fides, ut si tuat nos à Deo diligi, hoc est præcipuum obiectum in quo versatur fides. Proponamus igitur nobis certa testimonia dilectionis dei, promissiones, & Christū ipsum, qui est qualis vox ipsa promissionum & misericordiarum.

FINIS DISPUTATIONIS.  
SEQVITVR ANALYSIS.

Prop

IN. V. CAP. AD RÖMA.

Propter quod, sicut per unum  
hominem peccatum in mundū  
intravit.

Absoluta est supra præcipua Epistolæ hu-  
ius disputatio. Sicut autem Dialectici docēt  
~~analogia~~ facere, hoc est, membra propositionū  
dissoluere, & singula reuocare ad methodū,  
~~analogia~~, membra propositionum, de quibus  
hactenus disputauit, methodice explicantur.  
Disputatur de vi peccati, & de usu legis, &  
de gratia. Atq; hi tres loci, qui quidem sunt  
in doctrina Christiana præcipui, hic tractant.  
Peccatum, Lex, Gratia. Itaq; meminerimus,  
hic quasi nouum librum inchoari, Sed qui ta-  
men continet locos quosdam, quorum expli-  
cacio necessaria est, ad superiorem disputatio-  
nem.

Hæc præfanda esse duxi hoc loco, vt pru-  
denter hanc sequentem partem à superiori dis-  
vellam⁹, & sciamus quid hic agatur. Nā su-  
perior epistolæ pars est contentio, tractat em̄  
controversiam, vt solet fieri in contentione.  
Hæc sequens pars non est argumentatio, sed  
est, ~~analogia~~ & methodus, qualis esse solet, cū  
simplicia themata examinanþur. Primum  
autem hic de peccato dicitur, de cauſa, & ef-  
fectu,

O iii fectu,

## COMMENT. PHIL. MEL.

fectu, scz vnde ortum sit peccatum, quomo-  
do in natura hæreat & mortem pareat. Loqui  
tur autem Paulus de peccato originali, Sed  
non discernit appellations peccati originalis  
& peccati actualis, quia simul complectitur  
radicem & fructus, videlicet totum peccatum  
naturæ corruptionem, & fructus corruptæ  
naturæ. Postea Augustini tempore, cum qui-  
dam nimium philosophantes, peccatum in-  
terpretarentur contra sententiam Pauli, tanū  
de actualibus delictis, Hic necesse fuit gemi-  
nas appellations facere. Sed Paulus comple-  
ctens totam naturæ corruptionem, cum fru-  
ctibus, aptissime loquitur. Nos tamen docē-  
di causa vtremur etiam appellatione origina-  
lis peccati. Et cum Paulus hic principaliter de  
originali loquatur, recitatibus definitio-  
nes peccati originalis, & alia quædā, quæ in hoc  
loco monere lectorem prodest.

## QVID SIT ORIGINIS PECCATVM.

Quòd de peccato originis variæ opinio-  
nes extiterunt, ideo accidit, Quia humana ra-  
tio non cernit immundiciem in natura homi-  
nis hærentem, nec intelligit illa horribilia via-  
cia, hærentia penitus in natura, ignoratioem,  
con-

## IN V CAP. AD RONA.

contemptum, odium Dei, & similes pestes.  
Itaq; peccatum homines ignari doctrinæ Ch=  
ristianæ intelligunt tantum de actualibus des=  
lictis. Et affingunt huc ex philosophia natu=  
ram hominum non esse viciatā. Nam in phi=br/>losophia absurdum est accusare naturam. Ac  
cessunt huc & illas sententias tantum dictas,  
de ciuili iudicio hominum inter se, Peccatum  
non est peccatum, nisi sit voluntarium. Qua  
realij extenuant peccatum originis, alij pror=br/>sus tollunt, & scripturas astute corrumpunt.  
Ego primum simpliciter dicam Pauli senten=br/>tiam, quam & Augustinus defendit contra  
Pelagium, & alios veteres Scriptores, in Ec=br/>clesia tradunt. Peccatum originis, non est  
tantum imputatio, qua posteri Adæ propter  
ipsius delictum rei sunt, sine naturæ corrupti=br/>one. Sed est etiam corruptio naturæ secuta la=br/>psum Adæ, qua vires animæ & corporis, ita  
viciatæ sunt, ne per se verè obedire, & satissa=br/>cere legi Dei possint. Nam originalis iustitia  
fuit, nō tantū imputatio atq; approbatio ho=br/>minis, sed etiā integritas virium, qua anima  
& corpus verè obedire legi dei poterāt. Sed  
post Adæ lapsū natura humana spoliata est il=br/>la integritate. Hāc despoliationē secuta est cor=br/>ruptio, qua sit, vt natura humana p; se, nūc

O sūj neq;

## COMMENT. PHIL. MEL.

neq; verè credere Deo, nec verè timere, nec ve  
rè diligere Deum possit. Sed intelligat, & a  
met bona subiecta sensui, ignoret & contem  
net Deum, fugiat & odio habeat iudicium  
Dei, confidat præsentibus rebus, non confis  
dat Deo &c. Hi morbi non sunt extenuan  
ti, nec sunt leuis quædam imbecillitas. Sed  
sunt horribiles impetus animæ et corporis cō  
tra legē Dei. Et procreauit Adā spoliatus int  
gritate naturali morbos viciolos qualis iam  
ipius natura erat. Ita peccatum originis propa  
gatione contrahitur à posteris. Preinde pecca  
tum originis non tantum est reatus, sine natu  
ræ corruptione. Sed etiam est naturæ huma  
næ corruptio qua sit, ne vires animæ, & cor  
poris verè obedire & satisfacere legi Dei pos  
sint. Ideoq; Augustinus definit peccatum ori  
ginis, concupiscentiam esse. Nec aliud vo  
luit Anselmus, qui ait peccatum originis esse  
carentiam Iustitiae originis. Non enim sentit  
Anselmus peccatum originis tantum impu  
tationem esse, aut defectum tantum esse. Sed  
sentit in ipsa natura positivæ esse concupisen  
tiā quæ dispoliationem integratis natura  
lis secuta est. Atq; ita Anselmus suam definis  
tionem interpretatur ipse.

Teneamus igitur peccatum originis &  
im

## IN V. CAP. AD RAMA

imputationem, hoc est reatum, & naturæ corruptionem complecti. Deinde sciendum est hac corruptione fieri, ne legem Dei natura humana per se verè possit facere. Quāquam enim ratio, cum valeat adhuc in his quæ sensui subiecta sunt, externa & ciuilia opera legis facere possit, tamen interim hæret in hominib⁹ ignoratio Dei, contemptus, & odium Dei, concupiscentia & alijs morbi pugnantes cum lege Dei. Ideo Paulus hoc loco disputat de lege, non tolli lege peccatum. Quia semper accusat nos. Quare op⁹ est Euangeli⁹, & gratia, hoc est gratuita remissione peccatorum. Nec satis intelligunt amplitudinem gratiæ, isti qui peccatum originis aut tollunt aut extenuant.

Poenæ peccati originis sunt proprie, mors, & quidem mors æterna. Item seruitus quæ homines potestati diaboli subiecti sunt, qui horribiliter sævit in imbecillē naturā, terribus, morte & omni genere calamitatum. Athæc impellit eam ad oīs generis flagicia, ad blasphemias, ad hæreses, ad hypocrisim, ad cædes, ad odia, deniq; ad infinita flagicia. Idq; res ostendit in philotophis et præstantib⁹ viris, qui cum virtute viuere conati, tamen naturæ imbecillitate & potentia diaboli via-

O v dī in

## COMMENT. PHIL. MEL.

Cti in uaria genera turpitudinis inciderunt.  
Pelagius tollebat peccatum originis, & sen-  
tiebat naturam sine vicio esse, & legi Dei sa-  
tisfacere posse. Deinde cum obijceretur ex Pau-  
lo, peccatum per unum hominem intrasse in  
mundum, interpretabatur de exemplo seu  
imitatione, peccatum intrasse in mundum per  
Adam, non quod cæteri propter ipsum reuel-  
sent, Sed quod homines peccandi exemplum  
ab eo sumplissent, & ex posteris neminem ha-  
bere peccatum, nisi admisisset aliquod actus  
le delictum.

Cinglius nomen peccati originis videri  
voluit retinere, rem sustulit. Clare enim scrip-  
tit neminem damnari morte æterna propter  
peccatum originis. Postea nomen peccati ori-  
ginalis interpretabatur, conditionē esse mor-  
talitatis, eamque dicebat posteros Adæ sustine-  
re propter ipsius lapsum, sine proprio natu-  
ræ vicio sicut nati ex ancilla seruitutem suscep-  
tent, tantum propter matris calamitatem si-  
ne ulla sua culpa.

Schola stici adeo extenuant peccatum ori-  
ginis ut si quis recte consideret, intelligat eos  
etiam re ipsa πλαγια γειν Docent peccatum ori-  
ginis imputationem seu reatum esse. Deinde  
singunt homines legi Dei verè obedire & fa-

## IN. V. CAP AD ROMA.

His facere posse viribus naturalibus, Et tamen dicunt in natura hominis, morbum quendam esse, videlicet concupiscentiam, qui aliquantulum retardet rectam voluntatem, Hunc morbum vocant somitem, & docent non esse peccatum, sed tantum poenam peccati originis

Hi errores inde oriuntur omnes, quod ratio humana per se non videt immundiciem naturalem, videlicet dubitationem de Dei voluntate, contemptum & odium Dei & similia vicia, quae si cerneremus, intelligeremus naturam nostram horribiliter aduersari legi Dei. Ideo disputationem Pauli in hoc loco meminerimus, qui aperte docet concupiscentiam verè peccatum esse. Quare peccatum originis non tantum est imputatio seu reatus, sed etiam naturae corruptio atque inobedientia. Idcirco docent multæ sententiæ in sacris literis Rom. octavo scriptum est. Sensus carnis legi Dei non est subditus ac ne potest quidem subdi. Ergo fomes quem sic vocant non tantum leuis imbecillitas est, & adiutor proborum, sed peccatum verè pugnans. cum lege Dei. Idem docet Propheta in Psalmo. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Deplorat enim peccatum non matris, sed suum. Ego

COMMENT. PHIL. MEL.

Ego cōceptus sum inquit, ita ut peccatum sūrit in illa mea massa, & meipso, cum initio formarer. Has sententias & similes opponamus istis præpostere philosophantibus, qui aut omnino tollunt peccatum originis, aut negant hominum naturam corruptam, & vicisam esse. Nolui autem colligere plura testimonia, propriea quod disputatio Pauli, de concupiscentia, in septimo Capite copiose & clare reuellit illas hypocritarum persuasions, qui somniant concupiscentiam non esse peccatum.

Neq; quicq; habent Scholaſtici, qd obiectant, niſi hoc vnum, quod dicit Baptismo dereliqi peccatum originis. Sed non intelligunt isti alini, quid sit remissio peccatorum. In Baptismo remittitur imputatio, hoc est, reatus, videlicet, vt naturæ morbus condonetur nobis, et si re ipſa fit viciu, pugnans cum lege Dei. Manet itaq; morbus, sed ita, vt & reatus remittatur, & paulatim ex animis ejiciat morbus, cum videlicet accepto Spiritu sancto, cor da iam nouos & pios motus concipiunt, tis morem Dei, fidutiam Dei, &c. Planè præsterere iudicant Scholaſtici. Iustificatio in Euangelio, est imputatio iustitiae, et si hærent vicia in natura, Quia Euangeliū pronunciat nos iustos,

## IN.V.CAP AD ROMA.

iustos prop̄ Christū, non prop̄ nostras vir-  
utes. Peccatum originis, re ipsa non est impu-  
tatio tantū, sed etiā vicium in natura, pugnās  
cum lege Dei. At Scholaftici ecōtra peccatum  
originis singunt tantū imputationem esse, Iu-  
stitia in Euangelio negant imputationē iustis-  
tiæ esse, ac singūt nostras virtutes pronūciari  
iustitiā corā deo. Vides lector Scholasticos in  
uertere doctrinā Euangeliū & legis. Nec id  
tantū in hac controuersia faciūt, sed in multis  
alijs. Scio aut̄ multos callidos homines irri-  
dere nostram lententiam de peccato originis,  
& de naturæ corruptione. Nec mihi homini  
minime astuto difficile esset cauillari testimoni-  
o, quæ ex Paulo & ex alijs scripturæ locis,  
hac de re afferunt. Sed si volum⁹ bona fide iu-  
dicare, sateri nos oportebit, hanic esse simplicē  
scripturæ sententiā, de peccato originis, quā  
nos sequimur. Et hæc sententia habet veterū  
scriptorū, & peritarū cōscientiarū testimonia.  
Nunc redeo ad Pauli verba, in quib⁹ videbi  
mus aptissime inter se cōferri, peccatū, legem,  
& gratiā. Vnde sit peccatū ortum, quid effe-  
cerit, vitrum lege & nostris operib⁹ tolli pos-  
sit, an tantum fidutia misericordiæ aboleas-  
tur.

Peccatum in mundum intravit  
& per

COMMENT. PHIL. MEL.

& per peccatum mors.

Quòd ait peccatum per vnum hominem  
intrasse in mundum. Et postea, Vni<sup>us</sup> delicto  
omnes mortui sunt, testatur omnes homines  
reos esse propt̄ Adæ lapsū. Est igitur quod  
dam aliud peccatum præter actualia delicta.  
Nam si tantum actualia delicta essent, vnuſ  
quisq; tantum reus esset sui facti. Nunc cum  
clare dicat omnes homines reos esse proprii  
vnius delictum, certe affirmsat homines reos  
esse cuiusdam mali, præter actualia. Affirmsat  
itaq; Paulus esse peccatum originis, iam vo-  
cabula hæc, peccatum & mors recte & ve-  
rè intelligi debent. Peccatum non significat le-  
uem imbecillitatē, Sed rem dignam ira  
Dei, & damnatā à Deo. Et est magna emphaz-  
sis in hac particula, In mundum intravit. Si-  
gnificat totum genus humanum subiectum  
esse peccato, in omnium animis esse horribil-  
lem cœcitatem, dei contemptum, odium, &  
alias infinitas pestes. Et hæc peccata iudicat &  
punit Deus, cum horribilibus terroribus, &  
æterna morte homines opprimit. Ita per pea-  
catum mors oppressit humanum genus. Sed  
ratio hominum cœca, cum nō intelligat mor-  
tem esse poenam peccati, & opus iræ diuinæ,  
contemnit mortē, & iudicat tantū esse quan-  
dam

## IN V. CAP. AD RAMA

dam quasi naturæ quietem. Sed scriptura Iō.  
ge aliter docet nos, Paulus enim inquit. Acu-  
leus mortis peccatum est. Potentia peccati, Iex.  
Et Psal. lxxxix. Quia defecimus in ira tua, &  
in furore tuo turbati sumus, posuisti iniqui-  
tates nostras in cōspectu tuo, vitam nostrā in  
illuminatione vultus tui. Est igitur mors exi-  
stimanda, non tantum corporalis dissolutio.  
sed sensus æternæ iræ Dei. Quare qui dispu-  
tant, peccato originali neminem damnari, et  
si sit conditio mortalitatis, quid dicant, & qd  
peccatum, quid mortem appellant, nō intelli-  
gunt. Nam peccatum originis, cum sit horri-  
bilis in natura impetus, pugnans cum lege  
Dei, affert mortem & damnationem æternā,  
nisi supereretur fiducia beneficij Christi, sicut in  
frā dicit, Mortem aboleri gratia.

### Eo quod omnes peccauerunt.

Phrasis hebraica est, Peccauerunt. i. rei facti  
sunt, seu peccatores sunt, seu habent peccatum.  
Non enim intelligi debet de aliq. facto, quem  
admodum latine, Verba præteriti temporis  
intelligi solent. Estq; obseruanda collatio, de  
peccato & morte. Dixit de caussa, & de effe-  
ctu peccati. Caussa est Adam. Effectus mors  
est. Addit autem mortem perualisse in om-  
nes,

## COMMENT. PHIL. MEL.

nes, id constat, quare id usurpat quasi signum  
τύπου της κακοποίησης per quod ostendat, omnes etiam  
reos esse. Sicut & infra dicit. Vnius delicto  
multos mortuos esse. Particulam i<sup>ps</sup>o verti-  
mus eo quod, seu quia. Nec dubium est qui  
causam hoc modo græci efferant. Estq; senten-  
tia ideo mortem oppressisse omnes, quia os-  
mnes rei facti sint. Intellige autem omnes habes  
re peccatum præter Christum. Nam is cum  
aboleat peccatum & mortem, sine peccato  
fuit. Quidam exponunt in quo, seu propter  
quem omnes peccauerunt. Quod si series ora-  
tionis pateretur i<sup>ps</sup>o exponi de persona, prop-  
ter quem, magnopere mihi arrideret ea inter-  
pretatio. Significat enim propter Adam, hoc  
est propter Adæ lapsum posteros reos esse.  
Sed series orationis videtur postulare, ut i<sup>ps</sup>  
exponatur non de persona, sed pro particula  
causalí connectente sententias. Omnes sunt  
obnoxij morti, quia omnes sunt rei. Iam hoc  
etiam obseruandum est, cum dicat, omnes ha-  
bere peccatum, necesse est hæc intelligi de pec-  
cato originis. Nam si tantum propter actualia  
delicta damnaremur, non posset dici, omnes  
reos esse. Infantes enim non dicuntur verè de-  
licta actualia habere.

IN V. CAP. AD ROMA.

Visque ad legem peccatum erat in mundo.

Non debet intelligi exclusive post legem datam desisse peccatum, sed inclusive quod etiam tunc cum lex lata esset, tamen manserit peccatum, id est ne lex quidem aboleuit peccatum. Ut si quis dicat, usque ad decimum annum bellatum est ad Troiam, id accipitur inclusive, pro eo quod est, etiam decimo anno bellatum est. Ita hic paulus sentit lege non esse abolitum peccatum. Atque hoc agit praecipue. Hoc est totius huius sententia κεφαλαιον. Ie gen non tolli peccatum. Id enim vult efficere Paulus. Euangelio & misericordia opus esse quia lege nostris operibus peccatum non possit tolli.

Quare igitur lata est lex? Ad quid profuit lex? Id postea copiose dicit. sed nunc breuiter admonet, legis, hunc usum esse ut peccatum accuset. Vbi non est lex, non reputatur peccatum. Intelligi debet de iudicio nostrae conscientiae, ubi non est lex ibi conscientia non agnoscit non accusat peccatum. Lata est igitur lex ut conscientia agnoscat peccatum, accusetur & perterrefiat & damnetur. Sicut supra dixit. Per legem agnitus peccati. Iam si lex tantum accusat

## COMMENT. PHILIP MEL.

cusat peccatum, certe non abolet, sed exulcerat, ut nos perterrefaciat, iudicet, damnet, & ad desperationem & mortem adigat. Recite igitur dictum est, usque ad legem manuisse peccatum, id est, ne lege quidem abolitum esse peccatum.

Mors regnauit ab Adam usque ad Mosen.

Sicut antea de peccato dixit, Peccatum usque ad legem manuisse, hoc est, ne lege quidem abolitum esse peccatum. Ita hic addit de morte eandem sententiam. Sicut enim lex conferatur cum peccato, ita cum morte conferri oportet. Quia mors est poena peccati. Et ex hoc effectu declarat, lege non aboleri peccatum. Constat enim lege non esse abolitam mortem. Igitur neque peccatum est lege abolitum. Nam si peccatum esset abolitum, mors etiam abolita esset. Est igitur & haec sententia inclusive accipienda. Regnauit mors ab Adam usque ad Mosen. Id est, ne quidem lata lege mors est abilita, manet enim mors sicut constat, & lex non consolatur, non viuificat conscientias luctantes cum morte, sed potius opprimit infinitis terroribus. Econtra Christus resurgens abolevit mortem. Itaque Euangeliū abolet mortem, quia nobis quoque certò promisit resurrectio nem.

## IN V. CAP. AD ROMA.

nem, et si paulisper expectanda est. Interim tamen liberat nos a terroribus mortis, & infestationum, quae est vere mors, & erigit, consolatur, & vivificat mentes. Ea ergo confortatio vere est vita æterna.

Hæc verba, etiam in hos qui non peccaverunt iuxta similitudinem transgressiois Adæ significant mortem opprimere, etiam infantes, tametsi non habeant actualia delicta. Nam similitudinem transgressionis vocat actualia delicta. Est ergo sententia. Sicut mors peruerasit in omnes, ita peccatum quoddam peruerasit in omnines, etiam in hos qui non habent actualia delicta. Rei sunt & infantes, etiam si non habent actuale delictum. Ergo est aliud quoddam peccatum, scz vicium originis.

## D E G R A T I A.

Qui est forma futuri, Sed non sicut delictum sic & donum.

Supradixit de peccato, de peccati caussa, propagatione, & effectu. Breuiter etiam de lege admonet, peccatum non tolli lege, sicut nec mors lege tollitur. Sed de Lege infra copiosius disputabit. Cum enim instiuerit,

P ij quasi

## COMMENT. PHIL. MEL.

quasi quandam collationem, seu potius ~~arr̄it~~  
~~et ip~~, hic opponit peccato gratiam. Ac primum  
orditur de causa, Confert Adam & Christū.  
Porrò nihil necesse est omnia similia esse in  
collatione. Adam est exemplum Christi alij  
qua ex parte, scilicet. Sicut propter Adam alij  
rei sunt, ita propter Christum alij pronunciā-  
tur iusti. Ita propemodum confertur modus  
meriti. Vterq; meruit alijs. Adā meruit alijs  
reatum, Christus meruit alijs reconciliatio-  
nem.

Ac Paulus ipse inserit correctionem, ut ad  
moneat non omnia similia esse in collatione  
Christi & Adæ. Nam hæc est sententia horū  
verborum. Sed non sicut delictum, sic & do-  
num quasi dicat. Non omnia similia sunt in  
hac collatione. Primum res sunt diuerissimē  
reatus & venia. Mors æterna & vita æterna.  
Deinde pluriūm interest in modo propagan-  
dandi. Ab Adam propagatur natura rea, via  
ciosa & morti obnoxia. Et propagatur genera-  
tione carnali. Ecōtra à Christo donatur recō-  
ciliatio. Hæc non propagatur carnali genera-  
tione, sed accipitur fide. Sicut Ioānis primo scri-  
ptum est. Dedit eis potestatem filios dei fieri,  
his qui credunt in nomine eius, qui non ex  
sanguinibus nec ex voluntate carnis, neq;  
ex

## IN .V CAP. AD RÓMA:

ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Item  
Ioannis tertio. Nisi quis renatus fuerit &c.  
Hæc dissimilitudo propagationis diligenter  
obseruanda est ad refutandos Anabaptistas  
qui hunc Pauli locum scelestè corrumpunt,  
ac somniant homines ante Christi resurrectio-  
nem natos, reos fuisse originalis culpæ. Sed  
nunc post resurrectionem Christi, neminem  
nasci reum. Fingunt & alias multas prodigi-  
osas ineptias. Somniant aliam nunc propaga-  
tionem esse carnalis naturæ, quam qualis fuit  
ante resuscitatum Christum. Aduersus huius  
modi fanaticas opiniones satis munit nos Ia-  
nnes in illis locis quos citaui. Vbiq; docet  
& ad Galatas scriptum est. Conclusit scriptu-  
ra omnes sub peccatum ut promissio ex fide  
Iesu Christi detur credentibus. Sed quid dicat  
Anabaptistæ non attendunt. Verè enim sunt  
furiosi & à diabolo agitantur, ita ut sensum  
communem etiam amittant. Si nūc homines  
non nascerentur rei, necesse esset naturam hu-  
manam, si quidem integra esset, etiam à mor-  
te immunem esse. Facile igitur intelligi potest  
beneficium Christi non propagari carnali ge-  
neratione, Atq; hæc dixi non tam rixandi cau-  
sacum Anabaptistis, quibus diabolus iudi-

COMMENT. T. PHIL. MEL.

dicum omne ac mentem humanam eripuit,  
q̄; ut bonos iuuenes admonerem, vt pruden-  
tiam adhibeant in his disputationibus, iudicā-  
dis. Nam ijdem errores subinde repullulant,  
& seruntur ab alijs alio prætextu & alia spe-  
cie, sed agnosci facile possunt ab his, qui pia  
dogmata perfecte didicerunt, & dogmatum  
fontes norunt.

Si enim vnius delicto multi mor-  
tui sūt, multo magis gratia dei. &c

Post correctionem redit ad collationem.  
Sicut propter vnius delictū alijs facti sunt rei,  
ita ē regione propter vnum Christum, alijs re-  
conciliantur Deo, & fiunt accepti Deo. Hac  
est sententia collationis, quæ valde perspicut  
ostendit, nos non nostro merito, sed alieno ac  
ceptos esse.

Sed hic locus proprie postulat enarrari vo-  
cabulum Gratiæ, de quo etiā sēpe iam dixi-  
mus quid significet, tamen iterum hic admo-  
nendus est lector, quid proprie gratiam Pau-  
lus intelligi velit. Nam ad præsens institu-  
tum præcipue pertinet eius vocabuli inter-  
pretatio. Nec vero inanem λογουνέαν hic  
mouemus. Maximam ruinam maximarum  
rerum in doctrina Christiana trahit hoc vo-  
cabulū

## IN .V CAP. AD ROMA:

cabulum, non recte intellectum. Non enim possunt teneræ conscientiæ placere Deo assidue, nisi gratia intelligatur esse continua acceptatio. Porro nisi sciamus nos Deo placere assidue, nunquām erunt certæ conscientiæ, nunquām verè & ex fide inuocabunt, quæ, quantum habeant mali, facile intelligi potest. Itaqꝫ procul hinc remoueamus insulas, & intempestiuas enarrationes, quæ sunt apud Scholasticos, qui gratiam interpretantur habitum quendam, seu virtutē in nobis. Planè dant poenas contemptæ grammatices. Nam Gratia significat Hebraica consuerudine, seu veniam, seu misericordiam, seu fauorem, seu placere, seu (vt ita dicam) gratuitam acceptationem. Id enim videtur proxime & verissime interpretari vocabulum Gratia. Quare gratia relatiue intelligi debet, de acceptatione, seu de misericordia & benevolentiâ Dei erga nos. Non debet intelligi de qualitate, seu virtute nostra erga Deum. Et complebitur Gratia hæc duo, Remissionem peccatorum, & imputationem iustitiae. Donum per Gratiam significat donationem Spiritus sancti, & vitæ æternæ. Nam Euangeliū simul offert in remissione peccatorum, Spiritū sanctum, qui qđem fide accipit, et dum erigit

P iiiij &cō

COMMENT. PHILIP MEL.

& consolatur conscientiam, parit nouos motus, & nouam vitam. Quanquam enim graviam necessario intelligimus relative, tamen sentimus fide accipi Spiritum sanctum, qui nouos & sanctos motus parit in animis. Non enim probo opiniones quorundam prophetarum, qui disputant homines sine Spiritu sancto renasci, & vincere mortem, deinde Spiritum sanctum ciuiliter interpretantur, de honestis motibus, quos parit ratio suis viribus. Haec opiniones procul debent abesse a Christianis. Quia certe mors æterna non vincitur viribus naturalibus rationis. Sed cum fide erigimus nos, adiuuamur a spiritu sancto. sicut Paulus testatur, cum ait infra, sed accepisti Spiritum adoptionis filiorum per quem clamamus Abba pater. Et intelligit Spiritum sanctum non motus naturales rationis, sed Deum vivificantem & consolantem nos.

Quare autem tantopere refert gratiam intelligenti relative de acceptatione? quia sentimus nos Deo acceptos esse, non propter illam nostram nouitatem. Sed certo per misericordiam, propter Christum. Alioquin enim conscientiae semper essent incertæ, virtutum haberent Deum propicium, si res penaderet ex modo nostrarum virtutum & nos uitatis,

## IN V. CAP. AD ROMA

vitatis. Nam hæc nouitas est immunda & im-  
perfecta. Imò in asperimis certaminibus con-  
scientiæ, & in ipsa morte cernimus indignita-  
tem nostram & horribilia vicia naturæ no-  
stre digna ira Dei. Hic frustra iræ Dei opponi-  
tur nouitas & nostrarum virtutū dignitas,  
sed opponi necesse est promissam misericor-  
diam Christi. Ita semper statuendum est nos  
certò iustos, id est, acceptos esse propter aliud  
extra nos, scilicet propter Christum per mis-  
ericordiam. Et quidem statuendum est hanc  
misericordiam certam esse. Ideoq; Paulus di-  
serte separat gratiam, hoc est acceptationem à  
dono, testatur nos habere propter Christum,  
non modo donum, sed etiam gratiam &  
quidem non propter nostram perfectionem,  
sed propter alium scilicet Christum. Itaq; et si  
renouari nos necesse est, tamen qualecunq;  
sit donum, interim teneamus gratiam, hoc est  
statuamus nos acceptos esse propter Christū,  
tamq; gratiam hoc est acceptationem pende-  
re ex promissione Christi de qua nullo mo-  
do dubitandum est, non pendere ex modo  
doni nostri. Et hæc doctrina egregiam conso-  
lationem affert, Quam Paulus infra copiose  
explicabit, ubi clare docet, nos certò placere-  
propter Christum, et si adhuc hereat in nobis

P v pec=

COMMENT. PHIL. MEL.

peccatum. Ideo dicit cap. octauo. Nulla nunc  
condemnatio est his qui sunt in Christo Iesu.  
Item, Quis accusabit electos Dei? Deus est  
qui iustificat eos.

Nec ita se habet donum, sicut pervni  
us delictum. Iuditium enim ex vno ad  
condemnationem. At donum ex mul-  
tis delictis affert iustificationem.

Diligentiam & prudentiam summam ad-  
hibet in docendo, sed oratio est subobscura  
propter breuitatem, aut certe propter compo-  
sitionis negligentiam. Vide enim aconomis  
am. Supra fecit Antithesis peccati & gratiae,  
dixit unde ortum sit peccatum, unde ora-  
gratia, dixit de effectu peccati de morte. di-  
xit etiam de dono quod affert gratia, videlicet  
de vita æterna, nunc addit aliam antithes-  
sin ac dissimilitudinem, quam maxime opor-  
tuit tradi, videlicet, quod gratia sit vberior  
& efficacior peccato, seu quod gratia super-  
ret peccatum. Hic locus nullo modo fuit pre-  
tereundus quia si parem vim haberent pecca-  
tum & gratia, gratia ita certaret cum peccato  
tanquam cum pare, non superaret peccatum,  
non

## IN V . CAP. AD ROMA.

non aboleret mortem. Duo regna confert.  
Regnum peccati & diaboli, & regnum gra-  
tiæ, ac Christi. Hic necesse est ostendi utrum  
sit potentius. Quorum enim attineret regnum  
Christi anteferre, nisi potentius esset? Pruden-  
ter igitur Paulus addit hic alteram dissimili-  
tudinem, cuius hæc summa est Gratia abolet  
peccatum, & mortem. Regnum Christi po-  
tentius est regno diaboli. Itaque à peccato & à  
morte ita liberamur, cum credimus Christo.  
Structura orationis apud Paulum non est  
absoluta, ac propemodum sic absoluui potest  
Non ita se habet donum, sicut se habet pecca-  
tum, quod per unum peccatum Perdidit ho-  
mines. Deinde sequitur explicatio dissimili-  
tudinis. Unum peccatorum attulit exitium  
& condemnationem universæ posteritati. Ad  
gratia abolet multa peccata, scilicet originale  
& actualia, radicem & fructus. Ita primum  
opponit gratiam peccato, & docet gratia vin-  
ci peccatum. Deinde etiam effectus confert,  
Mortem & vitam. Si unius delicto mors re-  
gnauit, quanto magis regnabit vita per Iesum  
Christum. est autem sententia. Cum gratia a-  
bolet peccatum, abolet etiam mortem. Sicut  
enim peccatum affert terrores & mortem, ita  
contra cognitionem misericordiæ, cum consolatur  
& erit

## COMMENT. PHIL. MEL.

erigit perterrefactas mentes, liberat à morte  
æterna, & affert vitam, sicut supra dictū est.  
Iustus ex fide viuet. Item, iustificati fide pacē  
habemus. Item, Hæc est vita æterna, ut agno  
scant te Deum verum, & quem misisti Iesum  
Christum. Item, Qui credit in filium, habet  
vitam æternam. Et huiusmodi testimonia sa-  
tis multa vbiq; sunt obvia, quæ docent homi-  
nes consequi vitam æternā, non lege, aut ope-  
ribus, sed fide, hoc est fidutia misericordiæ p-  
missæ, propter Christum. Idq; hic præcipue  
docet Paulus, quod propter Christum gratia  
& vita donentur, hoc est, quod non propter  
legem, aut nostra opera, aut impletionem le-  
gis, sed propter Christum certò cōsequamur  
remissionem peccatorum, imputationem fu-  
sticæ, & vitam æternam. Facile igitur intel-  
ligi potest regnum Christi potentius, & gra-  
tiam efficacitatem esse, q; regnum diaboli, &  
peccatum, quia peccatum remittitur, & supe-  
ratur mors, cognitione gratiæ, hoc est miseri-  
cordiæ Christi. Et ita vincit Christus, ut pro-  
pter eum iusti pronunciemur, et si simus indi-  
gni, & consequamur certò vitam æternā pro-  
pter ipsum.

Exuberantiam gratiæ.

Sæpe repetit hanc sententiam, quod gratia  
superat

## IN V . CAP. AD ROMA.

superet peccatum. Necesse enim est hoc inculcare,  
vt certò sciam⁹ Christi regnum potius esse rea-  
gno diaboli & regno peccati. Et facilius hui⁹  
grauissimæ sententiæ vis intelligi potest, cū ad  
vsum translvertur, in certamine conscientiæ. Si  
cū enim Cain dicit, maius esse peccatum su-  
um, q̄d vt veniam consequi possit, Ita consci-  
entiae s̄æpe in aliquod certum peccatum incū-  
bunt, quod ita amplificant, vt veniam spera-  
re non possint, oppressi magnitudine illi⁹ pcc-  
ati. Contra hanc tentationem muniam⁹ nos  
hoc loco, & erigamus nos his testimonij⁹, in  
quibus tories hæc sententia inculcatur, quod  
gratia sit amplior atq; vberior peccatis, quod  
Christus qui sedet ad dexteram patris, poten-  
tior sit omnibus peccatis, & toto regno dia-  
boli. Blasphemia igitur est in Christum, fin-  
gere aliquod esse maius peccatum, q̄d vi con-  
donari possit, aut tolli à Christo. Est & hoc  
nomine vberior gratia, quia eti⁹ adhuc hæret  
in natura nostra peccatum, tamen propter Ch-  
ristum pronunciamur iusti, modo vt confis-  
damus misericordia eius. Adeo potentius est  
Christi regnum peccato, vt gratia etiam præ-  
sens peccatum obruat, sicut infra copiosius di-  
cer, renouatos pronunciari iustos, non pro p̄c-  
legis impletione, sed prop̄ Christum, eti⁹ na-  
tura

## COMMENT. PHIL. MEL.

tura adhuc viciofa sit. Sic igitur verè intellis  
gem' vim hui' encomij gratiæ si trāferemus  
advsum cū cupimus habere placatum Deū,  
& tamen aut magnitudine peccati aut prefe-  
ti imbecillitate naturæ absiterremur. Hic no-  
bis inculcemos hoc Euangeliū. Gratia exu-  
berat supra peccatum, Christus longe maior  
ac potentior est vniuerso regno peccati.

Pingit etiam utriusq; partis vim in verbo  
regnandi. Mors regnauit, inquit, hoc est, non  
poterat tolli lege, aut ullis humanis operib;  
aut iustitia humana Conscientiæ non possunt  
non opprimi peccato & æterna ira, ac æternis  
terroribus, si non erigantur cognitione gra-  
tiæ id est misericordiæ Christi, Frustra oppo-  
nitur iræ Dei iustitia humana, monachatus,  
& quidquid est operum humanorum. Hoc  
significat, cum utitur verbo regnandi. Et ecō  
tra dicit regnare gratiam. Etsi enim peccatum  
adhuc hæret in natura, eis si natura adhuc obno-  
xiæ est morti, tamen peccatum & mors non  
regnant. Sed vincuntur cum apprehendimus  
gratiæ hoc est misericordiam propter Chris-  
tum promissam. Sicut & infra inquit. Pecca-  
tum nō dominabitur vobis, id est. Etsi adest  
peccati, tamen nunc nō opprimit vos, nō adi-  
get ad desperationem, non cōdemnabit vos.  
Etsi

## IN V. CAP. AD ROMA

Estis estis immundi, tamen accepti estis propter Christum. Non n. estis sub lege, sed sub gratia &c.

Igitur sicut per vnius delictum,  
omnes homines condemnati  
sunt.

Conclusio est collationis hactenus tractatæ  
in qua satis perspicue repetit summam rei, vi  
delicet quod propter Adam rei simus hoc est  
quod habeamus peccatum originis, quod na-  
tura humana non possit se ipsa liberare à pecca-  
to & à morte sed per Christum liberetur à  
peccato & à morte. Ac efficit Paulus aptas an-  
tiheses peccati & iustitiae, mortis & vitæ. Si-  
cūt propter unius inobedientiam reliqui sūt  
rei ac peccatores, ita propter unius obedienti-  
am alij sūt iusti, id est accepti. Peccati comes  
est mors Iustitiae comes est vita æterna. Itaq;  
sicut propter unius Adæ delictum mors irro-  
gata est omnibus, ita propter unius Christi  
iustitiam offertur vita omnibus. Hæc sunt sa-  
tis planæ & perspicua. Cum alios homines  
reos esse propter Adæ delictum affirmat ho-  
mines nō tantum habere actualia peccata pro-  
pria, sed etiæ reos esse propter alienū delictū.  
Itaq;

## COMMENT.PHIL·MEL.

Itaq; sentit Paulus habere homines peccatum originis, si modo hæc ipsius verba simplicitate & dextre interpretamur. Et econtra docet peccatum & mortem nō posse tolli, nisi per Christum, vbi testatur nos iustos pronunciari fiducia misericordiae Christi, non propter legem aut benefacta, aut virtutes nostras. Accollatio multum lucis affert in hac caussa, vt intellegamus nos alieno merito pronunciari iustos scz propter Christum, nō propter nostras virtutes. Sicut enim propter Adam alij rei sunt, ita propter Christum alij sunt accepti.

## D E L E G E.

Lex autem simul accessit, vt abundet delictum.

Nihil vitæ hominum ac moribus perniciosus est, q; de legum dignitate detrahere, & reuerentiam earum minuere. Itaq; hæc voces Pauli, in quibus dicit legi augeri peccatum, nos non esse sub lege, & similes haud dubie multis prudentibus viris, qui non intelligebant, quo pertinerent, viæ sunt absurdissimæ & indignissimæ bono viro, ac planè sedicio & acribunitiæ quædam faces esse, ad dissolumenta

## IN. V. CAP. AD ROMA.

uendam disciplinam, & ad corruptelā publicorum morum emissæ. Proinde in tam absurdæ dictis necesse est, in aditu huius loci, de lege præmonere lectores, qd agat Paulus, quo pertineant hæ nouæ sententiæ, quæ profecto valde abhorrent à ciuilibus opinioribus, & nisi recte intelligantur, publice & priuatim moribus officiunt, Cuius rei facile possim multa exempla commemorare. Initio igitur sciendum est, has sententias Pauli proorsus nihil pertinere ad vitam exteriorem, & ciuilem, sed ad conscientiam, cum Deo a gentem, & luctantem cū iudicio Dei, & querentem, quomodo possit hoc certò consequi ut habeat Deum propicium & fauenteum. In hac re proprie versat Euangeliū, in hac caussa versat Pauli disputatio, nihil pertinet ad ciuilem vitam, seu ad vitam, quæ versatur in operibus. Ideoq; supra dixi duo esse legis officia. Alterum politicū est, cohercere homines externa disciplina, de qua non solum omnes libri sapientum, omnes Poetæ, omnes Philosophi, omnes Legumlatores præcipiunt, sed Deus etiam præcipit, iuxta illud Pauli. Lex est iniustis posita. Item, Roma. i. Morte digni sunt, non solum qui talia faciunt, sed etiā qui scientibus consentiunt. Sed cum talis disciplina

Q plina

## COMMENT. PHIL. MEL.

plina non satisfaciat Dei, non pronunciantur homines iusti coram Deo propter eam quia, interim corda hominum sunt viciosa, nec satis timet Deum nec satis credunt Deo. Et tamen Deus requirit disciplinam illam & nullum modo concedit licentiam externae disciplinæ violandæ. Philosophi eam merito summis laudibus vehunt, quia verissimum est nullum bonum in humana natura prestantius esse quam hanc rationem & turam honeste viuendi. Et ut sine cibo, potu, & similibus naturæ beneficijs tueri vitam non possumus, ita sine legibus, & disciplina defendi & conservari vita hominum non potest. Sed nulla grauior commendatio excogitari potest quam quod Deus & præcipit hanc disciplinam, & addidit paenam & premia. Nam externa iustitia meretur in hac vita, corporalia premia iuxta illud. Honora patrem & matrem, ut sis longævus super terram. Habet in pñs etiam sua præmia post hanc vitam. Et rursus punis Deus violatione disciplinæ grauissimis pœnis in hac vita & post hanc vitam. Hæc diligenter inculcanda sunt hominibus, primum ut meminerint hæc quæ de legis effectu & abrogatione hoc loco dicuntur, non pertinere ad exteriorē vitā, sed tantū ad certamen conscientiæ in iudicio Dei. Deinde ut discant le-

## IN V C A P A D R O N A.

gem in tota vita exteriori ac politica vereri et  
venerari. Tota enim vita exterior ad legem  
pertinet, lege regitur atque continetur. Et hanc  
externam disciplinam humana ratio aliquo  
modo suis viribus praestare potest. Sicut enim  
affuescere ratio potest ad artes percipiendas. ita  
potest ad honestas actiones in moribus affue-  
scere. Et sicut non possunt artes percipi sine do-  
ctrina & exercitatione, ita nec sine doctrina  
& disciplina honeste agendi consuetudinem  
consequi homines possunt. Non enim possunt  
sicurari ac mansuescere sine magno negocio,  
quare & legibus & disciplina & multis vin-  
culis opus est, quibus cupiditates humanae as-  
tringantur & regantur. Voco autem hic le-  
gem, decalogum de externis operibus praeci-  
pientem, Item leges ciuitatum de moribus.  
Item vniuersam philosophiam de moribus,  
quatenus rectam rationem sequitur. Ac recte  
quidem senserunt summi viri qui aut resp.  
constituerunt, aut leges tulerunt, aut de phi-  
losophia scripscrunt, leges de moribus diuini-  
tus traditas aut ostendas esse humano generi.  
Nam iudicium naturale de morib⁹, quod peperit  
leges & vniuersam philosophiam, diuinitus  
atque lumen diuinitus inditum est oculis.

Q.ij Cunct

## COMMENT. PHIL. MEL.

Cum igitur notitiae illæ diuinit<sup>9</sup> scriptæ sint  
in mentibus hominum, non minus sunt lex  
Dei quam decalogus in saxe diuinitus scrip-  
tus, qui quidem planè easdē leges continet,  
quas Deus antea mentibus hominum inscrip-  
serat, sed postea promulgavit eas sua voce, et  
ut haberemus testimonium, quod doceret nos  
has naturales notitias, legem & voluntatem  
Dei esse, & ut quædam leges extarent magis  
explicatae. Itaque encomia legum aut philo-  
sophiae quæ passim extant in grauissimi-  
scriptoribus vera sunt. Sunt enim encomia le-  
gis diuinae & decalogi. Demosthenes recte  
vocat legem inuentum & donum Deorum.  
Est enim Dei sapientia humano generi diuini-  
tus ostensa. Praedclare Aristoteles, qui inquirit  
τὸν νόμον κελεύων αρχὴν, διαδηλεύειν αρχὴν τὸν εἰρη-  
τεῖ τοὺς νόμους. Huiusmodi multa sunt vbiq;  
obvia apud omnes bonos autores. Cicero  
philosophiam appellat vitæ ducem & expul-  
tricem viciorū. Haec recte & verè dicuntur,  
sed sciendum est haec dicta pertinere ad vitam  
quæ versatur in operibus seu ad politicam  
vitam. Et huiusmodi sententias inculcemos  
nobis, ut honorifice de legibus sentire disca-  
mus. Non enim prodest assuefacere imperio-  
ros ad legum contemptum, id quod fit cum  
hac

## IN V CA.P. AD RONA.

hæc Pauli doctrina de effectu aut abrogatione legis non recte, aut non satis explicatur. Ac vulgus planè hæc peruerit. Euangelium pertinet ad conscientiam cum Deo agentem. Lex ad opera in vita exterior. Vulgus contraria transformat Euangelium in quandam licentiam in vita exteriori. Interim habet conscientiam lege oppressam & condemnatam. Hæc necesse fuit hoc in loco, de politico officio legis præfari, vt qua de re Paulus disputeret recte & proprie intelligi possit.

Alterum officium legis est spirituale, scilicet ostendere peccata, accusare & terrere conscientias in iudicio Dei. Actantū de hoc effectu legis loquitur hic Paulus, & docet non aboleri peccatum lege, sed magis augeri. Hic primum scire oportet neminem legi dei satisfacere, quia nemo timeret, nemo diligit deum totū corde, nemo confidit Deo ex toto corde, Sicut infra clare dicitur ca. viij. Sensus carnis inimicitia est aduersus Deum. Legi Dei non est subditus, ac ne quidem subdi potest. Cū autem legi non satisfacimus manifeste sequuntur conscientias semper reas esse semper accusari à lege. Idcp in experientia deprehenditur, cum mens perterrefacta quærerit Deum, & cupit habere Deum placatum & propícum.

Q. iij sem

## COMMENT. PHIL. MEL.

Semper absterret conscientiam lex, quæ accusat, quæ pronunciat nos indignos esse, nos esse reos, iræ Dei & mortis æternæ. nos à Deo reiectos esse. Ita lex non solum non consolatur nos, non reconciliat nobis Deum, sed condemnat nos & ad desperationem adigit. Ita lex auget peccatum, id est facit ut peccatum fiat efficax, terreat & occidat nos. Sicur ad Corinthios scriptum est. Aculeus mortis peccati est, potentia peccati lex. Et in his terroribus conscientia non potest ullis operibus erigi & sanari, quia donec conscientia iudicata esse ream iræ Dei, & mortis æternæ quantum liber operetur, tamen sentit illa opera non sufficere ad placandum Deum. Imo sentit semper adesse peccatum & opera ipsa immunda esse, fugit & odit iudicium Dei, ita scitur Deo. Ideo sentit adesse impietatem. In hanc sententiam declarat postea Paulus propositionem de lege hic positam.

Nunc ad textū Pauli venio, Brevis proposi<sup>tio</sup> est in qua docet quid in conscientia lex efficiat Lex accedens nō sustulit peccatum, sed il mul mansit cū peccato, & auxit peccatum. Et hanc propositionē infra in cap. viij. copiose in terpretatur proponēs suum exemplum. Sed ini

## IN .V. CAP. AD ROMA.

initio iterum admonendus est lector de con-  
filio Pauli, & de genere orationis. De consi-  
lio hoc meminisse lectorē oportet, Nihil hīc  
dici de ciuili vita, & de ciuili v̄su legis. Nam  
cares non pertinet propriè ad Euangelium,  
tantum illud traditur quid efficiat lex, in con-  
scientia agente cum Deo. Nam quod ad ciuī-  
lēm vitam attinet. Lex certe cohercet externā  
peccata, magistratus metu cohercet homines  
doctrina & disciplina, reddit ingenia mansue-  
tiora. Ideo lex in vita ciuili nō auget peccata,  
sed reprimit. At tunc cū conscientia luctatur  
cum iudicio Dei, & conatur placare Deum  
& abolere peccatum, his sentit se necq; cāremo-  
nijs, necq; vllis operibus moralibus posse  
iram Dei placare, sentit enī se nullo modo fa-  
cūisfacere legi. Ibi lex auger peccatum, hoc est  
edit efficax vt homines ad desperationem  
adigat & occidat. Secundō sciendum est &  
hoc, Paulum complecti totam legem nec tan-  
tū loqui de cāremonijs sed præcipue de ipso  
decalogo. Nam decalogus maxime accusat  
conscientiam. Ideoq; Paulus infra sumpli ex-  
emplum ex decalogo. Non concupisces-  
Augere peccatum non hoc proprie signi-  
ficat numerum augere sed vim & effica-  
ciam, videlicet, Lex dum accusat facit vt pec-

Q. iiiij catum

## COMMENT. PHIL. MEL.

catū terreat, & terrore illo occidat homines.  
Sic enim infra Cap. viij. interpretatur hæc, &  
ad Corinthios ait, Aculeus mortis peccatum  
potentia peccati lex. Dicit autem disertè, Lex  
subintrauit, hoc est, iuxta peccatum, & manc  
te peccato accessit lex, & Iusta est lex cū pec  
cato. Homines conati sunt lege tollere pecca  
tum, Sed lex potius armat peccatum cōtra nos,  
Quia decalogus semper accusat nos. Nemo  
enim tantum timet aut diligit Deum, aut tan  
tum credit Deo, quantum oportuit. Nemo satis  
exuit omnes malos affectus. Ideo nemo satis  
facit his legibus, Diligas Dominum Deum  
tuum ex toto corde. Item, non concupisces,  
Item, quando conscientia sentit se ream esse,  
& conatur cæremonijs, aut alijs operibus  
placare iram dei, hic experimur conscientiam  
non posse reddi pacatā operibus, & quia con  
scientia sentit hæc opera immunda esse, & q̄  
manet dubitatio tantisper, donec per Euange  
lium erigimus, in quo offertur remissio pec  
catorum, & reconciliatio, sine cōditiōe legis.  
Ita & decalogus, & aliæ legis partes, augent  
peccatum. Lex enim accusat reos, nūscq; pro  
mittit gratis remissionem peccatorum. Non  
potest autem remissio certa esse, nisi claro testi  
monio, & verbo Dei offeratur, & quidē p̄  
mittat

## IN.V.CAP AD ROMA.

Promittat gratis, sine cōditione nostræ dignitatis.

Vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia, &c.

Postea sequitur suauissima sententia. Vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia. Hic quoque discamus præferre gratiā peccatis, præferre regnū Christi regno peccati, & mortis. Quamlibet magna habemus peccata, tamen sciamus gratiam, hoc est, misericordiam vberiorem esse, non sed finam<sup>9</sup> magnitudine peccati opprimi, ac vincere gloriam misericordiae Christi. Non imitemur vocē Cain, qui ingrat, Maius est peccatum meum, que ut veniam consequi possit. Sed opponamus hanc sententiam, Vbi abundauit peccatum, ibi superabundauit gratia.

Vt sicut regnauit peccatum.

Postea addit consolationem de effectu. Sicut peccatum occidit, ita gratia regnat per iustitiam, ad vitam æternā, per Iesum Christū. Aufer hic imaginationes de qualitatibus, & intellige gratiam, misericordiam, in Christo promissam, Hæc regnat per iustitiam, id est, iustificat, hoc est, propter hanc sumus accepti, &

Q v quic

## COMMENT. PHIL. MEL.

dem sumus accepti, non propter nostras qualitates, sed propter Christum. Ideoq; adiecit, Gratia regnat per iustitiam, per IESVM Christum. Gratia regnat per iustitiam ad vitam æternam, id est, per misericordiam simul iusti reputamur, & donamur vita æterna, non propter nostras virtutes, sed propter Christum. Vides hic clare coniungi iustificationem, & vitam æternam, ut sciamus certò donari vitam æternam, cum remissiōe peccatorum, & virtutumq; donari, non propter nostram dignitatem, seu merita, sed propter Christum, nam id tenere necesse est. Si enim sentiendum esset vitam æternam cōtingere propter nostra merita, statim ruerent conscientiae, sentientes merita deesse, aut non sufficere merita. Ideo à meritis reuocandæ sunt huc ad Christum, ut statuat certò propter Christum dari vitam æternam. Sicut

Ioannes inquit, Qui  
credit in Filium,  
habet vitam  
æternam.

## CAPVT VI.

## IN VI CAP. AD RAMA

**H**ic vero ingens tumultus quæstionum oritur, Si non sum⁹ iusti legie & operibus nostris, sed per misericordiam prop̄ Christū, quorū opus est bene operari. Si lex nec iustificat, nec affert vitam æternam, quorū opus est lege, quorūm ait in cohercere cupiditates. Hæc absurdā non hic primum in fine disputationis obstrepet Paulo, Sed inde vsc⁹ ab initio obstrepebant concionanti de iustitia fidei, quod homines pronuncientur iusti, per misericordiam, non propter benefacta, Verū distulit responsionem in hunc locum, vbi prolixam disputationem de legis effectu instituit. Ac vide quām sollicite doceat. Post quām in fine proximi capitū cepit de lege disputare, priusquām pertexat illum locum, hīc se interpellat ipse ut offenditionib⁹ illis mendacitatem in tempore, quae præcipue videbantur officere caussæ. Postea redit ad disputationem de legis effectu in Capite viij. Ac profecto diligenter hic considerari debet Oeconomia operis, Quare has absurdas quæstiones proponi atq̄ agitari oporteat, & qua occasione hic agitentur. Sed non est obscurum unde existant hæc absurdā, modo ut lōgam illam disputationēm, tot iam paginis tractatā, de iusti

## COMMENT. PHIL. MEL.

de iustitia fidei, lector recte teneat. Hoc seculo postquam hæc doctrina renouata est , quod certò fidutia misericordiae iusti pronūciemur non propter opera, nihil est hac ipsa calumnia usit atius. Accusant nos passim libelli Sycophantici, Cochlei, & similium Sophistarum quod doceamus nihil op<sup>9</sup> esse bonis operibus Nuper etiam prodijt in hoc theatrum Mustelia qui tropheum pinxit in vestibulo libri in quo gloriatur à se totum Lutheranum prostratum esse , cum quidem nihil attulerit noui præter quædam conuicia, & si dijs placeat, græca, vocat Misergos, hos qui de fidutia misericordiae docent. Ex hoc nostrí temporis exemplo intelligi potest, vnde quæstiones istae apud Paulum orientur. Et cum has ipsas calumnias refutet Paulus, facile intelligi potest cum in eadem versari causa, quam nos defendimus, Nisi. n. sentiret homines pronunciari iustos fidutia misericordiae , non propter opera, non esset locus huic questioni. Quorsum opus sit operibus, Non esset locus his absurdis & calumnijs, permanebimus in peccatis. Sed doctrina de fidutia misericordiae parit has questiones . Cū. n imperiti homines audiunt, nos per misericordiam pronunciari iustos, non propter opera, statim incipiunt querere

## IN V. CAP. AD RAMA

rere, quorum opus sit benefacere, si bene fas  
et non mereantur ut Deo placeamus, ut sis  
mus filii dei. Nonnulli etiam religiosi querunt  
tur debilitari studium et diligentiam bene op-  
erandi. Ac profecto tanta est naturae huma-  
næ segnices, non solum in impiis, sed etiam  
in piis, ut plerique boni, tamen auditio hoc Ge-  
nere doctrinæ de misericordia, segniores fiat  
ad bene operandum, cum quidem hæc misericor-  
dianæ agitio multipliciter excitet studiū  
bene operandi. Quæ n. ratio magis accende-  
re pios potest, quam quod conscientijs exem-  
pta est dubitatio. Tunc. n. ærumnolum esset  
bene operari, si conscientia nunquam sciret v-  
trum Deo placeret hic noster labor. at post  
quam ex hac doctrina de fide didicit, quod o-  
pera nostra certò placeant Deo. quod sint gra-  
tissimi cultus, propterea quia personæ sūt ac-  
ceptrae propter Christum, et si ipsa opera non  
satisfaciunt legi. Hæc certitudo vel maxime  
excitare nos debebat. Ac Paulus hic in textu  
inter cæteras causas bene operandi hæc quoq;  
prudentissime posuit. Hæc prefari volui ut  
quid agat Paulus, qua de re loquatur, perspi-  
ci melius posit. Omnia. n. fiunt planiora mon-  
stratis occasionib. ex quib. oriuntur hæc que-  
stiones, quæ hic quasi interpellant Paulum.  
Illud

## COMMENT. PHIL. MEL.

Illud etiam obseruet lector, qua occasioe pro  
prie in hoc loco interrumpat seriem institutae  
disputationis, de effectu legis. Cum enim di-  
xisset, non solum non tolli peccatum lege, Sed  
multo magis augeri, hoc est armari, ut fiat po-  
tentius, vt nos terreat, atq; occidat, hoc est, nō  
posse conscientias reddi pacatas operibus, sed  
tantum reddi pacatas cognitione misericordiæ.  
Hic reclamant omnes hypocritæ. Si lex,  
si opera nostra non merentur vt placeam<sup>9</sup> deo,  
quorsum igitur op<sup>9</sup> est bene operari: Diges-  
titur igitur in hanc quæstionē, & cum supra  
per totam Epistolam, de fidutia misericordiæ  
docuerit, nunctandem aliquando conciona<sup>t</sup>  
de bonis operibus. Et vt lectorem præpare-  
mus, hoc quoq; admonere visum est. Dilcer-  
natur opus & persona. Etiam cum habet ali-  
quis ingenia benefacta, tamen nō potest affir-  
mare, q; persona Deo placeat, proprie illa be-  
nefacta. Ideo vt sit certus, q; persona placeat,  
nécesse est rem non pendere ex nostra dignita-  
te, sed ex sola promissione, & veritate Dei.  
Quare conscientia non metiat dignitatem ope-  
rum, sed statuat certò se placere Deo, tantum  
prop<sup>t</sup> promissam misericordiam in Christo.  
Hæc distinctio operū & personæ, plurimū lu-  
cis assert huic negocio, & admonet fidē ad p<sup>o</sup>  
sonam

## IN. VI. CAP AD ROMA.

nam referri debere. Certe em̄ cōscientia pertinet  
refacta non potest operib⁹ erigi, nō potest sta-  
tuere, q̄ p̄sona placeat, etiā siquid adest bono  
nō operū. Quia in illo certamine opprimitur  
conspicu viociorum nostrorum. Et facile est  
diabolo accusare, & deformare bona opera.

Quid igitur dicemus? Num perse-  
uerabimus in peccato, vt magis exu-  
beret gratia. Nequaq̄.

Aduersarij obijciunt. An nihil refert quo modo operemur. Siquidem nō merent bene facta remissionem peccatorum, & vt iusti res putemur, hoc est accepti. Respondet Paulus. Imō necessario bene operādū esse. Et addit rationes tres, sumptas ex p̄prijs atq̄ int̄mis lo-  
cū huic negocio. Prima sumpta est, ex poenitentia, quia sine ea non existat fides. Secunda continet consolationē, & locum à facili. Tertiā, ex fine reconciliationis, seu ex debito, & ex causa formalī.

Qui mortui sumus peccato, quo modo viuemus in eo.

Dixi primam rationem sūptam esse ex poenitentia, sine qua non existit fides, nec contingit iustificatio. Estq̄ hæc sūma argumentū Iustificatio

## COMMENT. PHIL. MEL.

Iustificatio non contingit sine poenitentia. Edi  
enim peccata remittuntur per misericordiam  
non propter nostri doloris, aut operū dignitas  
tem, tamen hi, qui securi iudicium & irā dei  
contemnunt, nec querunt misericordiam, cer  
te non habent fiduciam misericordiae. Ideo ne  
cessē est perterrefieri conscientias agnitis pecca  
tis, necessē est peccata dispergere, ac rursus be  
ne operari. Constat enim in Euangelio prædi  
cari poenitentiam. Et Christus ait, Spiritus san  
ctus arguet mundum de peccato, iustitia, &  
iudicio. Quare non dubium est, quin necessē  
sit improbare & vitare peccata, & rursus be  
nefacere. Hæc est sententia primi argumen  
ti. Nam qđ Paulus hic dicit de mortificatio  
ne & viuificatione, simplicissime intelligi pos  
sibilitā debet. Ergo cum ait. Qui baptizamur  
in Christum Iesum, in mortem eius baptizaa  
mur, ut sicut resurrexit Christus, ita & nos ef  
ficiamur noui, &c. Item, Inliti sumus simi  
litudini mortis eius, &c. Item, Vetus noster  
homo simul crucifixus est, ut aboleatur cors  
pus peccati, id est, natura viciosa, planissimū  
est in his figuris nihil aliud intelligi debere, q  
đ simpliciter dicitur, in Euangelio prædicas  
tri poenitentiam & remissionem peccatorum.  
Nam hæc vocabula, mortificatio & viuifica  
tio, milito

## IN. VI CAP. AD ROMA:

tio simplicissime hoc significant, quod vſitatio dicimus pœnitentiam, Voco autem pœnitentiam Ecclesiastico more conuerzionem imp̄i, eiuscēdō conversionis præcipuas partes duas pono, Coniunctionē & fidem. Atq̄ hic rursus à grāmaticis peto, vt finant me vti his appellatōibus Ecclesiastico more, quæ quia sunt vſitatæ, facile intelliguntur, & declarant alia vocabula, quæ aut figurata sunt, aut ab vſu longius recesserunt. Et cum in omni sermone nouitatis effectio inepta est, tū vero i sacris literis præcipue cēleo vſitatā loquēdi formā, quantum fieri potest, retinendam esse. Hic n. verissimum illud est, quod Græci sapienter dixerunt ἐπιτετριμμένη οδός, ἀσφαλεσάτη.

Conſtituit igitur pœnitentia in his duab, partibus, in mortificatione. Et ut rā κακοῦ dicam κοινῶς mortificat significat contritio, nem, hoc est, veros terrores conscientiæ, qui existunt agnito peccato. Non significat tantum extēnam disciplinam atq̄ continētiā de qua Philosophi præcipiunt, non significat hypocrisiā monachorum, Jeiunia, Vigilias, & similia exercitia instituta ad dominos ac frenandos ferociores adolescentes. Plato, quia amat figuratum dicendi-

R genus

## COMMENT. PHIL. MEL.

genus, dicit alicubi philosophiam esse meditationem mortis. Sed intelligit ociosas speculations, de humanis miserijs, & studiū moderandarum cupiditatum in tantis vițe picilis, & in tanta fortunae inconstantia. Aliud significat mortificatio apud Paulum, videlicet, veros terrores, in quibus conscientia iustatur cum iudicio, atq; ira Dei. Nec est metaphora morum, mutationem tantum significans. Sed hi terrores opprimerent, atq; occiderent nos, nisi sustentarentur, atq; erigerentur animi, promissione Christi. Ita Paulus proprie appellat mortificationem, terrores, qui mortem afferunt, nisi Euangelio erigatur animus.

Viuificatio è regione significat fidem, hoc est, fidutiā misericordiae, qua certò statuimus nobis remitti peccata propter Christum, non propter nostram contritionem, aut bona opera. Non enim potest opponi irae Dei dignitas nostrorum operum. Et stultissimum est, qd dicunt Scholastici, imperiti homines, proprię contritionem remitti peccata, cum dolores illi contritionis, verè extinguerent & perderent homines, nisi accederet fidutia misericordiae. Necq; verò est metaphorā in verbo viuificantis, ad mores pertinens, Sed fidutia illa, de quin

## IN. VI CAP. AD RAMA

qua toties dicim⁹, verè liberat à morte, & redit vitam, & quia Spiritū sanctū affert, simul concipiunt pectora spiritualem vitā, & motus legi dei consentientes. Nec tantum semel fieri mortificatio & viuificatio debet, Sed dum hoc certamen debet, donec aboletur hoc viciolum corpus.

Hæc descriptio poenitentiae plana & perspicua est, qua cognita, facile intelligi potest summa doctrinæ Christianæ. Et hæc duo opera Dei erga nos præcipua sunt, de quibus docet scriptura, Mortificare & viuificare, Iudicat Deus peccatum per legem, In Euangelio autem offert remissionem peccatorum, & consolatur per terrefactas mentes.

Hæc vult Paulus hic in summa, cum loquitur de mortificatione & viuificatione Argumentatur in hanc sententiam de poenitentia. Cum reconciliamur Deo, necesse est peccatum argui, & mortificari, hoc est, perterriti fieri peccatricem naturam. Iḡt̄ Euangelium non concedit obsequi prauis affectibus. Sunt autem Syllogismi duo, sumptibus excauissis efficientibus, describunt enim qualia iam efficiamur cum deo recōciliati sum⁹, & qualia renati efficiamus. In altero nega-

R. i. siue

COMMENT. PHIL. MEL.

tive dicit oportere priore naturam reprimi.  
In altero affirmatue ait, debere concipi nouam  
vitam.

Syllogismus Neg.

Morta natura non debet esse efficax.  
Necesse est in nobis veterem ac vicioram  
naturam terrorib. oppressam mortificari.  
Igitur vetus ac viciola natura non debet es-  
se efficax, nec debemus ei obsequium dani-  
nari & terrorib. opprimi debeat.

Syllogismus Affir.

Viva natura debet esse efficax

Nos concipimus nouam vitam cum fides  
erigit & consolatur conscientiam, & iam ve-  
re Deum agnoscit cognita eius misericordia.

Ideo haec noua vita debet habere opera co-  
sentanea, scilicet obedientia erga Deum, quem  
iam in hac noua vita incipimus agnoscere.

Qui baptisati sumus in Christum  
Iesum, in mortem eius baptisati  
sumus.

Etsi haec sententia, & similes quæ sequun-  
tur, ut insiri sumus similitudini mortis eius,  
de poenitentia loquuntur, & significant ope-  
tere in nobis perterrefieri & aboleri vicioram  
naturam

## IN .VI. CAP. AD ROMA.

naturam, tamen sciendum est eas non tantum  
valere ad terrendas conscientias, sed etiam va-  
lere ad erigendas & consolandas perterrefa-  
ctas mentes. Etsi n. Euangeliū predicit pœ-  
nitentiam, tamen sciendum est Christum nō  
esse ministrum mortis, sed autorem & dona-  
torem vitæ. Ita vult nos terreri, ut fidutia mi-  
sericordiæ quam ipse offert iterū erigamur,  
et seruemur. Ideo Paulus hic quories de mor-  
te Christi loquitur statim attexit Resurrecti-  
onē, ut admoneat nos, ne territi desperemus,  
sed sciamus Christum resurrexisse hoc est re-  
gnare ut nos quoq; seruet ac viuificer. Nam  
resurrectio Christi non debet ociose intelligi  
tantū de historia. Sed de regno, scilicet quod  
Christus resuscitatus regnet, quod verè sit ef-  
ficax, quod verè exaudiat nos, verè velit pre-  
stare promissa

Hoc scientes quod vetus noster  
homo,

Vetus homo non significat tantum partem  
hominis, scilicet appetitiones sensuum quia  
non solum sensus nobiscum nascuntur, sed  
etiam ratio. Cum. n. veterem hominem ap-  
pellet, totam illam hominis naturam quae  
nobiscum nascitur, necesse est veterem homi-

R in nem in-

## COMMENT. PHIL. MEL.

nem intelligi totum hominem, rationem & sensus. Nec solum appetitiones sensuum prægnant cū lege Dei, sed multo magis appetitio-nes, quæ comitantur rationem: videlicet, cōtemptus Dei, qui existit, cum ratio secura nō videt iram Dei. Item amor & fiducia rerum, ac honorum præalentium, contra mandatum Dei. Item odium Dei, quod existit cum ratio in poena sentit irā Dei. Item desperatio & blasphemiae. Talia enim vicia testatur Paul⁹ hæc rere in tota natura hominis, cum ait. Animæ lis homo non percipit ea quæ sunt spirit⁹ dei. Et Psalm⁹ inquit. Dixit insipiens in corde suo non est Deus. Item, Omnis homo mendax, id est, nō recte sentiens de Deo, nec satis timet Deum, nec satis Deo confidens. Itaq; mortificatio intelligi debet, non tantum disciplina, qua ciuiliter cohercentur externa membra, ne prauis cupiditatibus sensuum obtemperent, Sed præcipue intelligi debet de terroribus, q; in ratione impias opiniones, & impios mo-tus ostendunt & damnant.

E regione, Nouus homo dicitur quatenus habet fidutiam Dei, agnoscit & invocat Des-um. Nam fidutia illa, quam excitat Spiritus sanctus per Euangeliū in perierfactis men-tibus, verè est noua vita, & gustus æternæ vita

## IN VI. CAP. AD ROMA.

vitæ. Parit igitur nouos & pios motus. De  
hat nouitate loquitur Paulus in secunda Epi-  
stola ad Corinthios, Capite tertio. Nunc rete-  
cta facie gloriam Domini intuentes in eandem  
imaginem transformamur à gloria in glori-  
am, tanquam à domini spiritu. Hoc est, hi qui  
tantum legem audient, non possunt intueri  
Deum, fugiunt iudicium, & iram Dei, aut  
certe velata facie intuentur, hoc est, afferentes  
cultus suos & opera, colunt & inuocat cum  
dubitacione. At postquam ostendit nobis de-  
us misericordiam in Euangelio, cum agnito  
peccato, rursus erigimur per Euangelium, fi-  
dutia misericordiae, tum demum verè agno-  
scimus Deum. Nam fidutia illa est vera no-  
titia dei, qua statuimus Deum misericordem  
esse, nos Deo curæ esse, nos exaudiri à Deo.  
Et hanc notitiam seu fidutiam, Paulus vocat  
hic imaginem Dei. In hac enim notitia cerni-  
tur & refulget Deus, quæ cum in nobis lu-  
cer, sumus & ipsi imago dei. Itaq; nouitas est  
vera notitia Dei, seu fidutia erga Deum & si-  
miles motus, quos concipimus per verbum  
impulsi à Spiritu sancto. Nec significat no-  
uitas, cogitationes & motus rationis, sine Spi-  
ritu sancto. Et sicut veterem hominem in-  
telligimus totum hominem qualis nascitur,

R iiiij ita cum

## COMMENT.PHIL.MEL.

Ita cum Paulus nominat Corpus peccati nō tantum intelligatur Physico more uita sensis tiua, sed intelligi tota natura hominis debet, anima corpus, Ratio & sensus, sic & caro significat & totam naturam hominis, Ratio, nem & Sensus. Opponit.n. Spiritui hæc pariter, veterem hominem. Corpus peccati, Carnem. At spiritus significat spiritum sanctum Dei, & motus ab eo excitatos. Econtra igitur vetus homo, corpus & caro significant naturam & motus sine spiritu sancto. Ita Christus apud Ioannem inter se opponit carnem et spiritum, & quidem damnat naturam non rem tam. Quod natū est ex carne, caro est, Quod natum est ex spiritu, spiritus est. Ebraismus est corp<sup>2</sup> peccati, pro corpore viciose, seu postius pro natura viciosa & destinata ad mortem.

Qui mortuus est, iustificatus est a peccato

Gnome est, quæ syllogismo rite dispositio, sit prima syllogismi propositio, quam ego sus pra his verbis posui. Mortua natura non est efficax. Et Phrasis in verbo iustificatus obser uari debet. Non est enim sententia mortuum deinceps iustum esse. Loquitur hic Paulus de

## IN VI. CAP. AD ROMA

de operū iustitia ideoq; est usus sententia ciuili  
de opib<sup>z</sup>, Fur la queostrāgulat<sup>z</sup>, desinit fura  
ti. Et sicut græci dicunt *vergoor ou d'xxvi* Ita dicit  
mortuum esse iustificatum à peccato, hoc est  
liberatum, vacuum à malis operibus. Illa au  
tē est iustitia operum, ut & iuris consulti de  
finiunt, neminem ledere. Satis apparet Pauli  
dictum hoc modo ciuiliter intellectum, ni  
hil habere incommodi. Itacq; nihil opus est  
procul querere subtiliorem interpretationē.  
Si quis tamen volet argute interpretari, fo  
rensi more iustificatum exponat pro punito.  
Ita impij mortui sūt iustificati à peccato id est  
sustinent pœnā peccati. Et quidem impij ma  
nenit in pœna & morte æterna. Sed in pjs et  
si natura viciosa mortificatur, tamen interim  
ipſi fide eriguntur & liberantur ex pœna &  
morte æterna. Sed hac arguta interpretatio  
ne nihil opus est. Satius est gnomen ciuiliter  
intelligi, præsertim cum hic de ciuili iustitia,  
videlicet de iustitia operum dicatur.

Non igitur regnet peccatum.

Conclusio est superioris argumenti. q. d.  
Et si nondum in vobis penitus extincta est vi  
ciosa natura, tamē cū mortificari ceperit, non  
R v debet

## COMMENT. PHIL. MEL.

debet regnare, non debetis obsequi prauisctu  
piditatibus. Deinde attexit secundum ratio  
nem. quæ continet grauissimam, consolatio  
nem peccatum vobis non dominabitur.

Peccatum vobis non dominab  
itur.

Consolatio & promissio est, q.d. Exhorta  
tur vos indignitas vestra ad dubitationem et  
ad desperationem, tamen erigite vos fide, &  
statuite Christum potentiores esse peccato,  
certò sentiatis vos placere Deo, non propter  
vestram puritatem, sed propter Christum. Ne  
fas est de Christi promissione dubitare, voca  
re in dubium, & accusare mendacij promis  
sionem Christi. At Christus pollicitus est no  
bis remissionem peccatorum, pronuntiat nos  
esse filios Dei, etiam si indigni simus, modo  
ut confidamus ipsius misericordia. Hanc pro  
missionem Christi multo pluris facere debes  
mus quam nostram indignitatem. Et diligenter  
inculcemos nobis hanc ipsam promissio  
nem. Peccatum vobis non dominabitur, eam  
opponamus dubitationi nostræ, et erigamus  
nos fide ac statuamus nos certò placere Deo  
propter Christum, etiam si sentimus nos indi  
gnos esse. hanc fidem in invocatione exerere  
& exercere debemus in omnib. nego tuis ac pe  
riculis.

## IN. VI. CAP AD ROMA.

scilicet Quod autem hæc verba Pauli debentur de promissione intelligi testatur *αὐτοὶ οὖτε* quæ sequitur.

Non n. estis sub lege sed sub gratia.

Dixi supra, hanc doctrinam Pauli de legi abrogatione pertinere ad certamen conscientiae luctantis cum iudicio Dei, non abrogare leges politicas, aut dissoluere obedientiam politicam. Planè tribunitia & seditionis haec vox esset, Non estis sub lege, si dissolueret politiam obedientiam, de qua infra præcipit ac subiicit etiam pios magistratib, atq; ita subiicit, ut iubeat obedire non solum propter poenam, sed etiam propter conscientiam. Sed hoc loco docet quomodo conscientia coram Deo consolanda sit, & liberanda à terrorib. & æterna morte.

Esse sub lege, est querere iustificationem in lege, & esse reum legis. Esse sub gratia, est certio placere Deo propter Christum. Nam gratia non significat qualitates aut virtutes nostras, sed significat misericordiam propter Christum promissam, Nec aliud volunt hæc verba, Estis sub gratia, quam quod super dictum est, Iustificati ex fide pacem habemus. Item, per hunc habemus accessum fide,

In

## COMMENT. PHIL. MEL.

In his sententijs prorsus idem docet, quòd hic agit, scz certò statuendum esse, q̄ prop̄ Christum placeamus Deo, per misericordiam, nō propter legem, non propter legis impletio[n]em, non propter virtutes nostras, non propter dignitatem nostram.

Et quoniam hic locus continet doctrinam de legis abrogatione, & de libertate Christiana, exponam, quomodo proprie & principia liter intelligi legis abrogatio debeat, & quid sit verè Christiana & Euāgelica libertas. Hæc valebunt omnia ad hanc sententiā declarandam, Non estis sub lege, sed sub gratia.

## DE LEGIS ABROGATIONE.

Toties dixi hæc quæ de legis abrogatione hic dicunt, nō tollere politicā obediētiā. Sicut in Euangeliū nō corruptit naturæ bona, sed recreat & sanat, non aufert lumen oculis, nō aufert artes menti, arithmeticam, facultatem loquendi, ita nec aufert menti iudiciū de morib[us] & ciuili vita, de rerum diuisione, de contractibus de tranquillitate generis humani, custodiēda per magistrat[us], iudicia, supplicia, bella. Deniq[ue] non aufert Euangelium ex animis ius naturæ, quod est lumen diuinitus institutum

## IN VI. CAP. AD ROMA.

situm mentib. quod docet hanc corporalē vi-  
tam non posse conseruari sine reb. politicis,  
ac præcipit legibus politicis obtemperare.  
Prærerea cū Paulus dicit, Lex est iniustis po-  
sita, docet lege cohercendos esse homines car-  
nales, Quare Euangeliū non abolet legem  
in politica seu corporali vita, sicut infra co-  
piosius dicendum erit.

Verum proprie ac principaliter sic debet in-  
telligi legis abrogatio, quod alia res propo-  
sita sit ad querendam iustificationem, quam  
lex. Videlicet quod propter Christum donen-  
tur remissio peccatorum & imputatio iustis-  
tiae, non propter decalogum, aut cæremoni-  
as, aut ullam legis partem. Si, n. ex dignitate  
nostrorum operum penderet recōciliatio ut  
supra dixi, esset incerta, hoc sentit Paul? cū ait  
ad Galatas Christus nos redemit de maledi-  
cto legis, factus pro nobis maledictum. Quia  
in loco non hoc tantum vult à cæremonijs et  
politia Moysi nos liberatos esse, sed à maledi-  
cto totius legis. Decalogus autem præcipue  
nos condemnat. Nemo. n. satisfacit decalogo  
Quare necesse est nos etiam à decalogo libe-  
ratos esse, videlicet, à maledicto decalogi, ab  
ira Dei,

## COMMENT. PHIL. MEL.

Ira Dei, à morte æterna, ita ut querenda sit iustificatio non per decalogum, sed per fidutiam misericordiae in Christo promissæ. Et hinc iterum coniungantur remissio peccatorum, & imputatio iustitiae, & donatio vitæ æternæ. Accipimus. n. remissionem peccatorum, propter Christum, non propter decalogum. Et postea reconciliati placemus Deo propter Christum, non propter legis impletionem, quia neq; renouati satifacimus legi. Huc pertinet sententia hoc in loco posita. Non estis sub iudege, sed sub gratia, hoc est. Etsi hæc misera humanum natura procul abest à perfectione legis, & lex accusat & horribiliter perterrefacit conscientias, tamē sciatis vos placere Deo propter Christum, modo ut confidatis misericordia propter Christum promissa. Nam illi demum sunt sub gratia, qui habent fidutiam misericordiae propter Christum promissa. Econtra sub lege sunt, hoc est rei legis sunt omnes impij atq; Hypocritæ, qui aut securi contemnunt iudicium & iram Dei aduersus peccata, aut perterrefacti in iudicio Dei, contur se erigere & placare iram Dei operibus, sicut Saul, nec concipiūt fidutiam misericordiae Christi, sed oppressi terroribus ruunt in desperatione.

## IN VI CAP. AD. RONA.

desperationem Porro cū in hac sententia Pauli haud dubie gratia significet misericordiā , falso interpretantur quidam pro eo quod est esse sub lege morali. Nam decalogus multo magis accusat ac damnat, quam vllae cæremoniæ. Nos simpliciter & proprie intelligamus gratiā, pro misericordia in Christo promissa, quam & alibi significat. Ac teneamus hanc consolationē, vt in omni inuocatione , in omnib. negotijs verè possimus nos erigere ac confidere, quod eti sumus indigni, plausum tamē Deo propter Christum. Et de hac liberatione conscientiæ loquitur Christus cum ait. Si vos filius liberauerit verè liberi es-tis. Est igitur libertas Christiana, gratis propter Christum certò accipere remissionē peccatorum, non propter legem. Item gratis propter Christum certo per misericordiam pronunciari iustū, nō propter impletionē legis.

Sed querat aliquis. Si abrogatio de tora legi intelligi debet, quare licet omittere cæremoniæ & politica Moysi, verum opera decalogi non licet omittere. Breuis et plana responso est. Cum procul absimus à perfectione legis, satis constat non fieri integra decalogi opera . Nemo enim satis timet Deum , nemo satis confidit Deo. Et ob hanc cauissimam

COMMENT. PHILIP MEL.

Iam dictum est statuendum esse, quod iusti-  
simus propter Christum, non propter imple-  
tionem decalogi

Et tamen subiicit nos Euangelium obedien-  
tiæ erga Deum. Docet fidutia misericordia,  
certo acceptam esse personam. Postea subiicit  
nos obedientiæ erga Deum. & vult nos bene  
operari. Discernam ~~quaerere~~ pop ~~an~~ operis, et  
si fortassis aliqui acuti reprehendent. Mihi ta-  
men hæc distinctio nihil incommodivideatur  
habere, & simplices planè docet. Liberi sumus  
a decalogo quod attinet ad iustificationem,  
sed quod ad obedientiam attinet, manet lex  
moralis, presertim cum sit scripta in menuis.  
humanis. Ac populus Dei debet babere ope-  
ra Deo placentia & cultum aliquem, videlicet  
timorem Dei, fidutiam, dilectionem Dei,  
laudes, gratiarum actionem, confessionem,  
et docendi studium, dilectionem proximi, et  
similia opera. Interim tamen sciendum est per  
sonam Deo placere per misericordiam, non  
propter cultu dignitatem. Alij hæc dicunt.  
Abrogata damnatione & ira, efficiuntur filii  
Dei, & donamur Spiritu sancto. Excitat autem  
spiritus sanctus motus legi Dei cōsentientes  
Item cum Euangelium inchoet in nobis no-  
tum & æternam vitam damnat vicioram na-  
turam,

## IN. VI CAP. AD ROME:

ram, prædicat poenitentiam, & vult mortifi-  
cari vicioram naturam, & reprimi concupis-  
centiam, ut crescere vera dei notitia ac fidutia  
possit. Necesse est igitur fieri bona opera, cum  
& prauos affectus reprimi necesse sit, & nos  
titiam Dei crescere, quæ parit timorem Dei,  
inuocationem, & alios bonos motus, legi  
Dei consentientes. Hoc modo argumentatus  
est Paulus initio sexti capituli.

Cæterum de politia Mosaica, & cæremonijs, quare omitti possint, ratio in promptu  
est, quia et si Euangelium non dissoluit pollias,  
tamen non requirit vnam aliquam certam  
politiae formam, sed concedit singulis genti-  
bus vti sua politia, sicut concedit singulis vti  
suo quodam vestitu. Quia Euangelium do-  
cet de iustitia & vita æterna. Et quidem omnes  
gentes docet, nec affert nouam politiam,  
Ideo non mutat politias Gentium. Tantum  
docet Gentes de rebus æternis ac spiritualib<sup>z</sup>.  
Itaq<sup>z</sup> non necessarium est retinere politiam Mo-  
saicam, sed suæ gentis politia singuli vti de-  
bent.

De cæremonijs Leuiticis etiam facile iudicium est, παιδαγωγία fuit tantum istius populi,  
& sic instituta, ut cessaret tunc, cum Euange-  
lium spargeretur in omnes gentes. Præterea,

S

cum

## COMMENT. PHIL. MEL.

cum accedit persuasio, qd' per cæremonias istas mereantur homines remissionem peccatorum, & propter eas pronuntientur iusti, obruunt & obseurant beneficium Christi. Hac causa est eur Paulus tamvehementer pugnat aliquoties, ne Ecclesijs imponantur aut Leuisitiae cæremoniæ, aut alij ritus ab hominibus excogitati, ne scilicet obrepat superstitionis opinio, quod pendeant ex conditione legis, remissio peccatorum, ac iustificatio. Quæ opisatio occupauit animos, non potest intelligi beneficium Christi, & conscientijs excutitur certitudo de reconciliatione. Nam cum penderet ex conditione legis, statim fit incerta. Necesse est itaq; in Ecclesia extare doctrinam claram, de beneficio Christi. Quod si fiat, Paulus contendit usum cæremoniarum & traditionum humanarū, liberum esse relinquendum. Sed de hoc toto negocio, videlicet de politicis rebus, & de cæremonijs ac traditionibus infra ā capite .xiiij. dicendum erit copiosius.

Postremo hoc admonendus est lector, Cōsolatio in hoc loco proposita, Nō estis sub legge, sed sub gratia, Continet etiam adhortationem, ad bene operandum. Estq; argumentū à facili, Miserrimum est, imò impossibile sustinere labores, pericula, afflictiones, si dubitamus

## INVI CAP. AD ROMA

mus, utrum placeat Deo labor noster. Tunc autem scimus cum Deo placere, quādo ex Euā gelio didicimus, personam certō acceptā esse, fiducia Christi, & opera, & afflictiones placeat Deo, postq; persona placet. Cum igitur excepta est dubitatio, cū certō scit conscientia nostra officia, nostrum cultum Deo placere, tūc iuuat suscipere labores, & pericula propter deum. Tunc audet mens petere, & expectare auxilium à Deo, cum scit placere nostros labores. Atq; hæc quidem consolatio q; necessaria sit in sustinendis ærumnis, facile intelligi potest, præsertim cum id quoq; necesse sit scire, q; Deus non velit colicūm dubitatione. At hypocritæ qui defendunt doctrinam, q; propter opera simus iusti, versantur in perpetua dubitatione, quæ verè debilitat studiū bene operandi, ac ne potest quidem ullos cultus deo exhibere, quia non vult Deus cum dubitatione colii.

Quid igitur, peccabimus? quia non sumus sub lege.

Postq; inseruit consolationem valde necessariā, eāq; breuissime indicauit ac perscrinxit, statim reddit ad causas bene operandi. Facile autem intelligi potest, qua occasione repetat

S. ij quæstio

## COMMENT. PHIL. MEL.

questionem supra propositam Peccabimus  
ne? Cum enim dixisset credentes non esse sub  
gratia, quid aliud intelligerent homines pro-  
phani, abrogata lege, quam concedi licentia  
omnium scelerū. Huic offensioni statim me-  
detur, & negat concedi licentiam peccandi.  
Sumit argumentum ex loco proprio & prae-  
cipuo, scilicet, Ex causa finali reconciliationis.  
Christus apparuit ut aboleat peccatum. &  
mortem, ac restituat vitam æternam, & obe-  
dientem Deo. Ergo hoc sine reconciliati estis,  
ut peccatum iam definit, & ut facti filii Dei,  
vitam agatis qualis est uita quam Christus re-  
stituit, videlicet coelestis & obediens Deo.  
Satis appareat hoc argumentum proprium  
esse huic negotio, sumptum ex causa fi-  
nali, & ex debito, sit. n. reconciliatio ut dein  
ceps Deo obediamus. Et iustitia honorum o-  
perum sequi debet fidem & agnitionem mis-  
ericordiae Dei. Estq; hæc sententia argumentum  
in utraq; similitudine, de seruitute, & de mu-  
liere quæ liberata à marito mortuo, deinde,  
alteri nupsit. Hoc. n. vult, nos hoc sine recon-  
ciliatos esse, ut iam agamus nouam vitam o-  
bedientem Deo. Sed disponam membra ar-  
gumentorum dialectico more. Ita. n. facilius  
conspici sententia poterit.

Vnus

## IN. VI. CAP. AD ROMA.

Vt quisque obedit illi cuius est seruus,  
Vos ideo estis reconciliati, ne sitis amplius ser  
ui peccati, sed iustitiae.  
Ideo non debetis seruire peccato, Sed debetis  
seruire iustitiae.

Hic quia est abusus similitudine seruitus  
cū appellat seruos iustitiae, cū hæc proprie nō  
sit seruitus, sed potius libertas. Nam in iusti-  
ficatione liberamur à terrorib. peccati, ab ira  
Dei, à morte æterna, à potestate diaboli. Hæc  
tantia victoria, vera est libertas. Ideo addit  
epistola ad Corinthus, ait se humano more loqui, hoc est  
crassius & pinguis, vt similitudine quadā  
pingat obedientiam Deo debitam.

Idem argumentum accommodari ad cau  
sam formalem potest. Formam enim solet fi  
nis comitari, vt sanitatem comitantur sanæ a  
ctiones.

Iustificati debent habere iusta opera.

Vos estis iustificati.

Igitur debetis habere iusta opera.

Certe n. iusti debent habere iustitiam virtu  
tem, quæ, vt eruditæ definiunt cū de iustitia le  
gis & operum loquuntur, est obedientia er  
gal leges omnes. Ac vocatur à Philosophis iu  
stitia vniuersalis. Sed hic admonendus est le  
ctor, vt obseruet iustificationem hic relative,

S iij signif

## COMMENT. PHIL. MEL'

significare acceptationem, & iustū acceptū, &  
nos pronunciari iustos, non propter qualit  
atem nostram, ac iustitiam in nobis hærentē,  
sed propter aliud extra nos, scilicet propter  
Christum per misericordiam, quam tamen os  
portet fide apprehendi, vt s̄æpe dixi. Et tamen  
hoc quoq; fieri necesse est, vt iustificati incipi  
ant etiam nouas qualitates ac virtutes, nouā  
iustitiam hoc est obedientiam erga Deū habes  
re. Ita legis iustitia sequitur iustificationē &  
recōciliationē de qua loquitur Euangeliū, cū  
docet nos propter Christū iustos hoc est acces  
ptos esse. Paulus vocat sanctificationē, virtus  
tes illas quæ in renascentibus efficiuntur.

## C A P. VII.

### An ignoratis fratres.

163



Ltera simulitudo est in qua iterū  
pingit causā finalē, quod recōcilia  
ti simus ideo, vt iam Deo obedia  
mus. Habet autē duas partes simi  
litudo, scilicet collationem seruitutis sub lege,  
& nouæ obedientiar. Sicut mulier donec vi  
vit maritus, subiecta est ei. Ita nos, donec vi  
vit caro, legi subiecti sumus, accusamur &  
damna

## IN VII. CAP. AD ROMA.

dāmhamur à lege, nec possum⁹ esse filij Dei.  
Item. Sicut mulier liberata à marito mortuo  
recte potest alteri nubere, & nuptia nouo ma-  
rito debet obedire. Ita nos liberati à lege, cum  
desinit nos lex accusare & damnare, facti iam  
sumus liber atoris, facti iam sumus filij Dei,  
debemus igitur Deo obedire.

Hæc est simplicissima accommodatio huius  
similitudinis, cuius prior pars de seruitute lo-  
quit, quod donec lex nos accusat & damnat  
non sumus filij Dei nec obediamus Deo, sed  
sumus captiui legis velut crudelis marti. Al-  
tera pars loquit de liberatis à lege. Postquā  
lege liberati sumus, quasi mortua lege ac  
Tyranno marito vna cum carnali natura, ex-  
empti ex priore seruitute ac tyrañide, nō iam  
damnatur, non reiçimur à Deo, sed ab eo-  
recepti sumus. Igitur Deo iam obediamus.  
Pleriq⁹ valde sudant in hac similitudine acco-  
modanda, sed accommodatio est facilis, si con-  
sideretur qua de re agat Paulus. Origenes de-  
torquet hæc tantum ad cæremonias. Ac Pau-  
lus intelligit seruitutem legis, qua tota lex te-  
net nos reos, hoc est accusat, damnat, perterre-  
facit. Et conscientia versatur in dubitatione ac  
pauore tantis per donec solā legem audit, &  
putat querendam esse iustificationē per legē

S. iiii Pro-

## COMMENT.PHIL.MEL.

Proinde donec legem solam audit, & illa dubitatione versatur, non sentit se exaudiri, fuit & odit Deum, & à Deo reiçitur. Ab hac seruitute dicit nos liberari, cum cognoscimus misericordiam Christi. Et liberati illa dubitatione & terroribus, iam agnoscimus Deum, sentimus nos iterum à deo recipi in gratiam, sentimus nos exaudiri, inuocamus & diligimus Deum. Ita dicit liberatos fieri iam eius, à quo recepti sunt in gratiam, proinde obediere ei debent.

Vxor	Maritus tyrannus.
Conscientia dubitans.	Lex
Sponsa, mortuo	Sponsus nouus,
marito tyranno	
Cōscientia liberata	Deus recipiēs con-
cognoscens miseri-	scientiā liberatā à
cordiam Dei.	peccato & dānatiōe.

Itaq; fratres mei & vos mortui.

Conclusio est argumenti, in qua similitudinem ad præsens negotium accommodat. Nec aliud dicit, qd iam recitauius. Mortui estis legi per corpus Christi, id est, liberati estis à lege, p mortem Christi, qui fuit hostia, & satisfecit legi pro nobis. Nunc verò sumus liberas

## IN VII. CAP. AD ROMA

liberatoris. Et hanc ipsam sententiam repetit  
Paulus mutatis verbis. Prius fuimus capti-  
ui legis, Nunc liberati à lege seruiamus deo,  
in nouitate spiritus. Quòd autem dicit affectus  
peccatorum per legem excitatos, effica-  
ces fuisse in membris nostris, intelligit de dus-  
bitatione, indignatione aduersus Deum, des-  
peratione. Et in hac dubitatione non sentiunt  
homines se exaudiri à Deo, quare fugiunt &  
oderunt Deum. Veritas literæ significat in-  
vocationem, & opera cum dubitatione. No-  
uitas spiritus est cum renouati Spiritu sancto  
veram fidutiam misericordiæ Christi conce-  
pimus, & statuimus certò Deum nobis pro-  
pitium esse. Et cum hac fidutia inuocam⁹ De-  
um.

Quid igitur dicemus, Num lex  
peccatum est? Absit.

 I credit ex digressione ad effectus  
legis. Profecto enim mirum vi-  
deri potest, quare lex lata sit, si nō  
iustificat. Hic igitur copiose, ut  
nusquam alias docet de effectu legis, quòd  
videlicet lex tantum terreat, quòd accuset cō-  
scientias. Et quia conscientia, cum non est  
S v pacata,

COMMENT. PHIL. MEL.

pacata, fugit iram & iuditium Dei, ideo certe lex non iustificat, non affert vitam aeternam, quia affert horribiles dolores, desperationem & odium Dei. Cæterum supra admonuimus, Paulum hic non loqui de ciuili usu legis.

Querit itaque Paulus, Si lex tantum occidit utrum sit res mala, & caussa peccati. An tri-dita sit ad hoc, ut magis peccemus. Respondebit per translationem, scilicet quod imputandum sit peccato, hoc est, vitio naturae non legi, quod lex occidit, quia in tali natura non potest meliorum effectum habere. Transfert ergo rem a lege ad naturae vitium. Primum igitur posnit proprium finem legis, videlicet ostendere peccatum, quem deinde sequitur alius finis, scilicet occidere. Sed id non sit legis vitio, sed propter peccatum. Et hos fines ordine exponit Paulus proponens exemplum, quomodo in sua persona haec acciderint, ac profecto laudanda est hic, & fides doctoris & prudentia. Nam ille demum in primis utiliter docet, qui ostendere potest, quomodo ista gerantur, & ad usum transferantur, de quibus disputat, & in primis in rebus spiritualibus prodest Sanctorum experientiam nosse, ut ex eorum exemplis agnoscamus vim verbi, & opera Dei.

## IN. VII. CAP ADROMA.

Dei.

Est ergo hæc propositio huius totius loci, præcipua. Lex ostendit peccatum, & agnitus peccati terret corda, Adigit ad desperationem, & occidit, & conscientia dum fugit iram & iudicium Dei, vicissim irascitur Deus & odit eum. Ita cognitio peccati intelligentia est, non speculativa. Sed de cognitione, in qua cernitur & sentitur ira Dei, aduersus peccatum, Ideo Paulus dicit, Peccatum occasio n accipiens per legem, id est, agnatum per legem terret, & præterea commouet conscientiam aduersus Deum, ut fugiat iudicium Dei, & irascatur Deus.

Deinde instituit exemplum, ut intelligi possit, quomodo hæc accidunt, & nos declari caussa tres hominum gradus ponemus, aut certe triplicem statum. Primus gradus illorum est, qui habent conscientias securas, quorum alij etiam in apertis delictis nihil do lent, non verè timent iudicium Dei. Alij propter hypocrismus iustitiae operum securi sunt, sicut Paulus ante conuersionem securus erat, cum arbitraretur se iustum esse, & legem dei implere. Tales dicuntur esse sine lege, quia lex nondū

## COMMENT. PHIL. MEL.

nondum terret eos, nondum accusat eos, Lex enim tunc verē lex est cum iudicat & terret, non cum est in parietibus scripta. Ita Paulus hic dicit se sine lege vixisse, hoc est. Se fuisse securum cum arbitraret se legi satisfacere, quia habebat hypocrisim extenorū operū. Et peccatum erat mortuum inquit, scilicet, qua, nondum videbat magnitudinem peccati in natura, nondum terrebatur conscientia. Ita quod peccatum nondum occidebat, nondum incutiebat terrores mortis.

Sine lege peccatum est mortuum, id est peccatum non terret nisi per legem ostensum & reuelatum & nisi arguitur lege.

Secundus gradus est horum qui iam per terrefacti sentiunt se a lege accusari & condēnari, Talis est Paulus cum perterrefit, cum ait ubi venit lex, peccatum revixit, & ego mortuus sum, id est cū lex perterrefecit me, & ostendit mihi impietatem cordis ad uersus Deū, & ego sensi me damnari, horribiliter perturbatus sum & natura mea cepit irasci iudicio Dei, Ita re ipsa comperi me non posse ex lege consolationem capere, aut, consequi, ut iustus pronunciarer Sed mihi opus esse misericordia.

Addit autem postremo conclusionem trans-

## IN VII. CAP. AD ROMA.

translationi. Ita quod Lex sancta, id est quod lex occidit vicio naturae humanae imputandum est, non legi. Lex ipsa quidem bona est, sed in tali materia non potest meliorem effectum habere, Verbum Dei quidem vita est, sed natura humana dissentit a lege, non obtemperat legi. Ideo lex non iustificat naturam humanam.

Quod ait, ut peccatum fiat excellenter peccatum per legem. Idem est quod antea dixit, quod lex ideo iudicet & condemnnet ut apparatur peccatum esse peccatum, id est ut cernatur ira Dei aduersus peccatum cum sentit quantum displiceat Deo, ut Dauidis adulterium nondum erat excellenter peccatum id est non dum apparebat peccati magnitudo et ira dei. Antequam Nathan arguit peccatum per legem, cum videlicet Dauid adhuc securamente non videret quanto opere Deus irascitur peccato. Cain cum occideret fratrem, et si intelligebat se male facere, tamen non vere apud se statuerat Deum offendere sed contemnebat iudicium Dei, Iudas cum proderet Christum, et si sciebat se male facere, tamen non norat Deum, non sentiebat Deum offendere. At in definitione peccati haec

## COMMENT. PHIL. MEL.

ti hæc particula præcipua est, peccatum id esse quo Deus offenditur. Igitur tum demū peccatum intelligitur verè esse peccatum, cū lens timus Deum offensum esse, Deum irasci, & pœnas minari. Quosdam offendit figura ser monis, *αμαρτωλοσ ον αμαρτια*, sed græce est elegā ter dictum, Nam *αμαρτωλοσ* non tantum significat peccatorem substantiue sed etiam affectiue rem viciōsam seu noxiā, vt sit hic vel peccatum valde viciōsum vel peccatum valde nocens ac sœuiens, & occidens homines p legem. Adiectiue enim usurpat hanc vocem, Aristoteles cum ait. *η*. Ethicorum de viciōsis extremistων μηδέπερ τὸ μηδέσιν αμαρτωλοτό εἴτε ήττον.

Tertius gradus est horum qui in terroribus eriguntur & consolationem concipiunt per fidem, Hi iam sunt iusti & reconciliati & placent deo non propter impletionem legis sed propter Christum & accipiunt Spiritum Sanctum qui bonos motus & bona opera in eis parit & c.

Scimus enim quod lex est spiritualis,

Paulus addit rationem p occupationē qua re lex occidat. Nam aliquis obijcere potuit. *Lege*

## IN VII. CAP. AD. ROMA.

Lege non occidi homines, sed potius, Seruati, & si enim non omnes honeste viuant, tam aliquos obtemperantes legibus honeste viuere, qui beneficio legū videantur esse tuati. Paulus respondet se non loqui de politia, Sed de lege spirituali. hoc est, quæ arguit & iudicat affectus cordis erga Deum. Spiritus enim significat motus et affectus. Est ergo scientia. Lex est spiritualis, hoc est, non tantum est politica, non tantum requirit ciuilia opera. Sed requirit notitiam Dei in corde. Timorem Dei, fidutiam, dilectionem obedientiam erga Deum in omnibus operibus diuinis, in morte et omnibus afflictionibus, Item vetat concupiscentiam. Clare igitur hic reprehenditur error istorum qui fingunt legem Dei tantum externa & ciuilia opera præcipere. Non enim satisfacit legi Dei Pomponius Atticus, et si viuit honestissime. Nec satisfacit legi Dei Phariseus in Luca, tametsi diligenter præstat opera legis, Corda enī sunt vacua metu Dei, fidutia erga Deum, dilectione Dei & similibus affectibus. Errat igitur Origenes, et scholastici, qui putant legi Dei satisficeri per extera opera, & deinde quia vident illa politica opera ratione effici posse, Ideo fingunt homines proprijs viribus & operibus iustificari posse,

## COMMENT. PHILIP MEL.

posse. Ita Christum & Spiritum sanctum res  
piciunt, ac sequuntur hac in re naturale iudici  
um rationis de lege. Ratio enim nō viderim  
pietatem cordiū erga Deum, ideo nihil am-  
plius requirit, nisi politica opera. Sic intellia  
gere legem, est legem politice seu carnaliē in-  
telligere, hoc est, de carnali & rationali disci-  
plina. Mosī facies scribitur suis tecta velo,  
quia Iudei non poterāt fulgorem ferre, illud  
velum interpretatur Paulus ad Corinthios,  
esse hāc opinionem rationis de lege, q̄ lex nō  
nihil requirat nisi politica opera, sicut autē hoc  
velo, id est, hac opinione ait arceri Iudeos, ne  
videant suam impietatem, ne querant aliā iu-  
stitiam, præter legis iustitiam. Ita omnibus  
temporibus, omnes impij hac opinione capti  
sunt, & somniant iustitiam nihil aliud esse, ni  
si illa politica opera. At prima tabula aperie-  
redarguit eos, quæ præcipit de dilectione Dei,  
detimore & similibus motibus. Igitur occi-  
dit lex, quia iudicat immundiciem cordium  
nostrorum, & impietatem aduersus Deum,  
& ita hæret in natura carnali, ut non possim  
obedire legi Dei, diligere Deum ex toto cor-  
de, &c.

Origenes interpretat, Lex est spiritualis, id  
est, allegorica. Hæc interpretatio q̄; sic intem-  
pctua

## IN VII. CAP. AD ROMA.

pestiuahinc intelligi potest quod supra citauit Paulus exemplum ex decalogo qui certe non est in allegorias transformand⁹. Et in hac disputatione loquitur non de interpretatione allegorica legis, sed de impletione, de obedientia nostra, scilicet, quod legi non satisfaciamus, quod lex non sufficiat ad tollendum peccatum, siue exponatur historice, siue allegorice. Et se dicit esse carnalem non quia legis allegorias non intelligar, sed quia non possit & satisfacere, quia repugnet legi, & quidem de ea lege loquitur, quae non recipit aliam metamorphosin interpretationem. videlicet Non concupisces. Item diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, Quare illas ineptias Origenis missas facimus, & Paulum de maximis rebus docentem, scilicet de immundicie nostrae naturae, et de beneficio Christi, & magnitudine misericordiae, prudenter intelligamus, nec patiamur doctrinam grauissimam & Ecclesiæ necessariam corrumpi aut obscurari.

Ego autem carnis sum venustus sub peccatum.  
Quod dicit ego autem carnis, confert naturam hominis cum lege, ut ostendat legem T ideo

## COMMENT. PHIL. MEL.

ideo occidere, quia naturadissentit. Lex requiri  
rit notitiam Dei, timorem Dei, obedientiam  
erga Deum, in omnibus operibus diuinis, in  
morte, & alijs afflictionibus. At natura no-  
stra carnalis est, hoc est, carnalia tantum intelli-  
gens, tantum appetens carnalia, hoc est quæ-  
rens presidia vitæ rationi subiecta, Collocans  
fidutiam in proprijs viribus sapientiæ aut iu-  
stitiæ, aut aliarum rerum præsentium, cōtem-  
nēs Deum, odio habens iudicium Dei, talis  
est natura carnalis, seu humana per se.

Deinde declarat Paulus quomodo cū pec-  
cato etiam nūc luctetur, vt ostendat peccatum  
hærere in natura, vt nec renati semel exuant  
vniuersum peccatum, nec sancti legi Dei satis  
faciant Non enim timent Sancti quantum de-  
bent, non diligunt Deum quantum debent.  
Habent aliquam fidutiam præsidiorum car-  
naliū, interdum diffidunt promissionibus  
diuinis, Interdum indignantur, nec satis obe-  
dienter tolerant afflictiones. Interdum penè  
succumbunt, penè moriuntur per desperatio-  
nem, sicut hic ait Paulus se captiuari a lege, id  
est se ita perterrefieri, vt vix erigere fide se pos-  
sit. Loquitur enim Paulus hic de se qualis nūc  
erat post conuerzionem. Nam ante conuercio-  
nem certamen illud nō erat. Impius enim nō

## IN VIII. CAP. AD ROMA

Vult ex corde ea quæ lex præcipit, Nec mens  
te seruit impius legi Dei, sed potius mente cō  
temnit aut odit iudicium Dei, At Paulus hic  
aut se mente seruire legi Dei. Necesse est igitur  
hoc certamen intelligi post conuersationem. Ita  
docet Paulus quomodo in Sanctis reliquiū  
sit peccatum, quod tamen propter Christum  
eis nō imputatur. Si credant sibi propter Chri  
stum, ignosci, si credant se iustos reputari pro  
pter Christum, non propter propriam imple  
tionem legis. Falso igitur scholastici doctores  
quod legi Dei satisfaciant, quod plus etiam  
fiant, quod habeant merita super erogatiōis  
qd nostra dilectio, nostra impletio legis,  
nostra opera sint digna gratia  
& vita æterna, nec indi  
geant remissione  
peccato  
rum.

## CAP V T. VII I,

Nulla igitur nunc condemna  
tio his qui in Christo Iesu  
sunt.

T ij HACTE

## COMMENT. PHIL. MEL.

ACTENVS de effectu legis dixit.

**H** lex tantū accuset & terreat cōscientias. Ostendit etiam quomodo peccatū in natura hæreat. Nunc addit de gratia. Nulla nunc condemnatio his qui sunt in Christo Iesu, &c. Hic proponit quid sit gratia. proprie autem intelligi debet gratia pro fauore seu acceptatione gratuita seu imputatiōne iustitiae. Sed addēdum est, Deum cum fauet & misere tur, donare etiam Spiritum sanctum. Inde ac cedit quod recentiores Theologi nomine gratiæ abusi sunt pro donis Spiritus Sancti. vis delicit pro dilectione, sed est periculosa Cata chesis. Hic gratiam negatiue descripsit, nulla condemnatio est inquit his qui sunt in Chriz sto Iesu, id est, quanq̄ habeant peccatum hi q credunt, tamen quia credunt in Christum sūt in gratia, id est habent Deum propicium. & non est eis condemnatio. Non enim dixit, nō est peccatum in his qui credunt. Sed nō est cō demnatio vt significet peccatum quod adest, remitti & non reputari propter Christum, et reputari credentes iustos non propter propriā impletionē legis (h̄eret enim adhuc peccatū in carne) Sed propter Christum.

Dixit autem, his qui ambulant secundum Spirī

## IN VIII. CAP. AD ROMA

Spiritum non secundum carnem, ut ostenda<sup>t</sup>  
quod verè credere in Christum sit opus non  
rationis, Sed Spiritus Sancti in nobis. Sequi  
tur ratio seu expositio propositionis de gra-  
tia, quare non sit condemnatio his qui credunt  
Christo, quia inquit lex Spiritus vitæ in Chri-  
sto Iesu liberavit me à lege peccati & mortis.  
In vocabulo legis est metalepsis, sumitur enī  
hic pro gubernatiōe vel motu quasi diceret,  
gubernatio Spiritus quae viuiscat apprehen-  
so Christo, id est, fides in Christū, liberat me  
à lege peccati & mortis, id est fide in Christū  
vici terrores peccati & mortis, vici terrores  
conscientiae & rursus concepi consolationem  
& vitam, quia nunc credo me iustum reputa-  
ri propter Christum. & non propter meam  
impletionem legis, & me habere statuo pro-  
piciū Deum propter Christum, & si hāret  
in me peccatum. Ita describit quomodo iustis-  
ficemur & quomodo liberemur a peccato &  
morte per fidem in Christū, sicut supra dixit  
iustificati ex fide pacem habemus.

Nam quod erat impossibile legi.

Addit explicationem huius rationis de cau-  
sa gratiæ, videlicet de meritis Christi. & quia  
hic Grammatica Sintaxis non nihil habet incō-  
modi, primum ita construamus verbā. Quia

T in cum

## COMMENT. PHIL. MEL.

cum impossibile esset legi scilicet tollere peccatum. eo quod per carnem lex non poterat fieri. Deus misit filium suum in similitudine carnis peccati, ac damnauit per peccatum, peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur.

Hæc periodus multa continet. Nam prima pars loquitur de nostra imbecillitate, altera pars de meritis Christi. Ac primum aper te dicit quod impossibile sit per legem iustificari. Tollit igitur opinionem monachorum, qui singunt se corā Deo iustos reputari propter sua opera siue de congruo, siue de condogno, & addit quod lex fuerit infirmata per carnem, id est violata. Est enim hebraïsmus. Carnem autem vocat totam naturam humam, rationem, et sensum, sicut in Ioanne scriptum est. Quod de carne natum est Caro est, ac significat quod ipsa ratio, si conetur hanc legem facere Diliges dominum Deum tuum, non possit eam facere, haeret enim in natura cōtemptus Dei, odium Dei & similia. Hoc est quod dicit, Lex est infirmata per carnem, id est non potuit per carnalem naturam, per humānam naturam fieri.

Per peccatum damnauit peccatum  
in carne.

Postea

## IN VIII. CAP. AD. ROMA.

Postea dicit Christum factum esse hostiam  
et nobis promeritum esse reconciliationem, vo-  
catur enim hostia quae subit poenam peccati,  
eamque persoluit, & satisfacit pro peccato, &  
conciliat Deum. At solus Christus talis hostia  
est, verum hostiae in lege tantum similitudi-  
ne quadam sic appellabantur, quia significa-  
bant Christum venturum, nec satisfaciebant  
pro peccato, nec merebantur remissionem pec-  
catorum, nec reconciliabant Deum. Hæc  
enim competit vni Christo. Et consequebat-  
tur prius in populo remissionem peccatorum,  
non propter illas suas cæremonias ex opere  
operatorum, sed propter Christum, per fidem in  
illius. Norant enim eum promissum esse, ut per-  
eum reconciliaretur Deus. Interim vteban-  
tur his cæremonijs, non ut precio pro peccatis,  
sed ut spectaculis quae admonebant eos de ver-  
tore Christo. Ut titur itaque Paulus hic quadam  
figura verborum sumpta à cæremonijs Leui-  
ticis. Nam cum ait, per peccatum damnauit  
peccatum in carne, Vocabulum peccati non  
idem significat utroque loco, sed priore loco  
significat hostiam pro nostris peccatis, poste-  
riore loco accipi debet pro culpa. Nam ad eum  
dem modum in Leuiticis ritibus hostiae vo-  
cabantur ΛΑΤΑΝ & ΔΩΝ quae alioque peccatum

T iiii      & cul-

## COMMENT. PHIL. MEL.

& culpam significant, ibi καταπρονοια signifi-  
cant mulctam & satisfactionem pro culpa.  
Si licet hic vii exemplis latinis & græcis. Sicut  
Latini piaculum dixerunt, aut Græci νόθησαν,  
ita hic peccatum usurpatur. Est igitur senten-  
tia, Per peccatum, id est, per hostiam Christi,  
damnauit peccatum in carne, id est, abolevit  
peccatum in hominibus, dicit autem diserte,  
damnauit, ut significet ius peccati sublatum  
esse, hoc est reatum, videlicet ne accuseret, ne ira-  
roget poenam mortis & inferni. Ut si quis dia-  
cat tyrannum damnatum esse, hoc est, ius &  
potentiam ei ademptum esse necesse possit.  
Est autem damnatum & abolitum ius pecca-  
ti, per hostiam Christum, quia hic sustinuit p  
nobis poenam peccati, mortem, iram Dei, &  
terrores inferni. Oportuit enim esse precium  
aliquid, quo redimeremur. Id precium Chri-  
stus est, factus pro nobis victimam, sicut & Ios-  
annes ait. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata  
mundi.

Sicut autem Paulus hic Christum appellat  
peccatum, Ita ad Galatas, maledictum appelle-  
rat, id est, tales, qui sustinuerit malediction-  
em, hoc est, poenam peccati, iram Dei, mor-  
tem, & terrores inferorum, secundæ Corinthi-  
orum quinto. Eum qui non nouerat pecca-  
tum

## IN VIII. CAP. AD ROMA.

tum, pro nobis fecit peccatum, id est, hostiam  
quæ sustineret poenam peccati, quam lex irro-  
gabat nobis, videlicet mortem & infernum.  
Sic & Esaias locutus est cum ait, Quia ponit  
animam suam peccatum, id est, hostiam pro  
peccato, Videbit semen longævum, hoc est,  
consequetur regnum perpetuum, & dabit su-  
is vitam æternam, & regnum æternum.

Quanta autem sit emphasis in his verbis,  
cum Christus vocatur maledictum & pecca-  
tum, copiole exponit Lutherus, in enarratio-  
ne Psalmi vigelimi primi. Illud autem  
maxime refert, ut cum horum verborum  
emphasis consideramus, transferamus tales  
locos ad alendam fidem, & consolandam cō-  
scientiam, contra terrores peccati. Si enim Ch-  
ristus est hostia, precium & satisfactio pro no-  
stris peccatis, longe pluris faciamus id preci-  
um, quam vlla peccata, quamlibet atrocias.  
Non iudicemus talem hostiam nobis inuti-  
lem esse. Ego interpretor more aliorum, Per  
peccatum damnavit peccatum, Græce legitur  
*πεπιληφτας*, quod si quis exponet, propter pec-  
catum, planius erit. Dicit enim, peccatum in  
nobis abolitum esse, propter peccatum, id est  
propter hostiam Christum. Hæc ipsa phra-  
sis

T v

## COMMENT. PHIL. MEL.

sis sumpta est ex Leuitico, vbi id quod hebraice est **תְּחִזֵּק** verterunt  $\pi\mu\gamma\alpha\pi\tau\alpha\sigma$ . Vulgarius nihil hoc loco dicit, quod ad rem faciat. Sed Originem ipsa phrasis Leuitici deduxit, in hanc sententiam, ut  $\pi\mu\gamma\alpha\pi\tau\alpha\sigma$  intellexerit de hostia, Vidi qui sic ordinabat verba, Qui pro peccato, videlicet nostro, peccatum scilicet hostiam Christum, damnauit, hoc est, morti destinavit, subiecit poenitentia peccati. Hac enarratio habet eandem sententiam, quam superior. Ego autem propter nouitatem, hac posteriore nolui uti, et si hic mollior est constructio, quam in superiore.

## Vt impleretur iustificatio legis in nobis.

Sic intelligunt, Christum sua morte proximum meritum esse, ut detur nobis Spiritus sanctus, ut postea legem facere possimus. Hoc vere, sed non in loco dicitur. Et si enim datur Spiritus sanctus, ut legem faciamus, tamen non propterea legi satisfit, nec iusti sumus illa legis impletione, quae sequitur regenerationem. Quare sic accipiens est Paulus. Christum pro nobis datum esse, ut per eum reputemur satisfecisse legi, ut propter eum reputemur iusti, etiam si ipsis non satisfacimus legi, sed alias naime.

## IN VIII. CAP. AD ROMA.

na impletio donatur & imputatur nobis. Ita  
lex impletur in nobis, vt ita dicam, imputati  
ue, sicut infra dicit. Finis legis est Christus ad  
iustitiam omni credenti. Id est, qui Christum  
habet, iustus est, reputatur legi satisfecisse, ha-  
bet hoc imputatiue, quod lex requirit. Non  
enim accusat, non condemnat lex, hos qui si-  
de apprehendunt misericordiam, donatam  
propter Christum. Hi enim iam reputantur  
iusti, non propter impletionem legis, sed pro-  
pter Christum, qui propositus est nobis, ut  
propter eum habeamus patrem propidum,  
& reputemur iusti.

Qui enim secundum carnem  
ambulant.

Hic instituitur Antithesis virium naturae  
hominis, & fidei, quam Spiritus sanctus pa-  
rit in cordibus credentium. Secundum car-  
nem esse, est non habere Spiritum sanctum, sed  
tantum uti naturalibus viribus, non solum  
sensu, sed etiam ratione. Sapere secundum car-  
nem, significat non solum appetitum sensiti-  
uum, seu beluinum, sed etiam superiora, vi-  
delicet cogitationem rationis, & appetitum  
rationale. Cōplectit enim Paulus ἀόγον καὶ δρυμόν,  
notitiā

## COMMENT PHIL. MEL.

noticiam & appetitum. Tres autem gradus sunt bonorum, quæ ratio intelligit & appetit, videlicet bona honesta, hoc est, ciuiles virtutes. Deinde utilia, ut diuinitæ, imperia, opes &c. Postremus gradus est voluptatum sensus. Hæc tria apperunt homines secundum natum ram sine spiritu sancto. Nec intelligunt spiritualia, nec appetunt spiritualia, id est non verè norunt Deum, hoc est non statuunt quod Deus nos respiciat, quod irascatur peccatis, quod misereatur. Item non verè timent Deum, non verè confidunt Deo, non verè expectant bona à Deo, sicut alibi inquit Paulus, An animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt.

Sensus carnis mors est, intelligi debet de cognitione seu iudicio rationis & de effectibus omnibus, qui in natura humana existunt sine Spiritu sancto. Complectitur enim Paulus, ut antea dixi, *λησθαι καὶ ἀρπάζειν* rationem, sensum et appetitum. Et significat quod neque cogitatio rationis, neque ullus humanus conatus aut affectus viuiscet cor aduersus iram & iudicium Dei. Philosophia, leges publicæ, imo ipsa lex dei mors est, id est non viuiscat cor aduersus iram & iudicium Dei, cum ratio hæc tenet, cogitat & conatur facere. Nec sequitur philosophia

## IN. VIII CAP. AD ROMA:

philosophiam aut leges mala esse. Sed philosophia et leges seruiunt corporali vitæ, et moriuntur cū corporali vita, sicut medicina aut aliæ artes vitæ necessariæ, de his etiā dici posset quod sint mors, id est quod sint res quæ non viuificant coram Deo. Verum Paulus hic intelligi debet de illis cogitatibus & motib⁹, quos natura humana habet erga Deum sine Spiritu sancto & sine fide. Hi motus omnes sunt mors & verē peccata.

Sensus Spiritus uita est et pax, id est Fides quam in corde efficit Spiritus sanctus, viuificat & consolatur cor in iudicio Dei. Sicut & Christus docet, Qui credit in me nō morietur. Item Hæc est vita æterna ut te cognoscant deum verum, & quem misisti Iesum Christū.

Sensus carnis inimicitia est aduersus deum. Hæ sunt clare sententiæ quæ restantur quod non possimus legem Dei facere, & Deum diligere viribus naturalibus sine Spiritu sancto. Ait enim sensus carnis, hoc est quidquid naturalis humana sine Spiritu sancto de Deo statuit, est odium Dei, sicut res ipsa loquitur quod homines securi contemnunt iram & iudicium Dei. Deinde cum sentiunt homines iram & iudicium Dei, indignatur hanc miseram naturam lege, morie & infinitis calamitatibus oneratam, et

sc,

## COMMENT. PHIL. MEL.

se, & accusant Deum crudelitatis. Itaq; homines secundum naturam non possunt diligere deum, & obedire Deo ex corde in afflictioni b<sup>o</sup>, &c. Ideo addit. Legi Dei non est subditus sensus carnis, ac ne potest quidem subiaci; id est, humana natura sine Spiritu sancto non potest legem Dei facere, hoc est, non potest Deum diligere, verè obedire Deo, &c. Nam cum Paulus negat homines sine Spiritu sancto legem Dei facere posse, loquitur non de ciuilibus operibus, Sed de prima tabula, & motibus cordis erga Deum, de timore, de fide, dutia.

Addit Paulus in eandem sententiam, Qui in carne sunt, Deo placere non possunt, id est, quanq; faciunt homines ciuilia opera, tamen non placent Deo sine fide, & Spiritu sancto. Docet igitur clare, q; legem Dei non possim<sup>o</sup> sine Spiritu sancto facere.

Sequentes sententiæ testantur, q; caro signifiet totam naturam hominis, hoc est, sensum & rationem, & q; Spiritus sanctus significet non aliquam partem rationis, vt quidem Epistolæ curei interpretantur, sed Spiritum sanctum Deum, & affectus eius in nobis. Paulus em̄ tūc dicit eos non esse in carne, si habeant spiritum Dei. Et addit negatiuam, qd illi non sint filii Dd

## IN VIII CAP. AD ROMA

Dei, qui non habent Spiritum Christi. Ex hæc definitione sequitur, omnes qui nō hunc Sp̄itū Dei habent, in carne esse. Caro igitur est quidquid nascentes nobiscū afferimus, scilicet sensus & ratio. Et quia infra testatur se Iohannes, qui de Spiritu quem accipiunt homines, ostendit Spiritum sanctum non esse partem rationis, quæ nobiscum nascitur.

Vos autem in carne non estis.

Hactenus dixit de gratia & effectibus gratiæ, atq; ita absoluimus totam illam methodum, in qua confert peccatum, legem & gratiam. Nunc addit adhortationem et consolatiōem, Nam hos locos plerūq; adhibemus in perorationibus. Primum autem facit παρασκευὴν, in qua viam sibi facit ad adhortationem. Incipit autem hic perorationē, vos autem in carne non estis &c. & est ἡ ποστοφή qua admonet, eos de Spiritu sancto, ut inde ratiocinetur qd̄ debeat bene operari & sustinere afflictiones quia Spiritus sanctus nō sit ociosus, sed mortificet carnem &c.

Si Christus in nobis est, corpus mortuū est, id est. Si Christus per Spiritum sanctū in nobis est, corpus mortuum est id est mortificat. Intelligendum est enim quod cuperit mori, non quod prorsus sit defunctum morte. & morti

## COMMENT. PHILIP MEL.

mortificatio intelligi debet de serijs terrorib.  
& doloribus, videlicet, de vera pœnitentia,  
& de veris afflictionibus. Nec mortificatio  
vocada est diligentia cohercendi corpus, quā  
præstat ratio, Sicut etiam Philosophi & Mo-  
nachī quandam abstinentiam præstant, in ex-  
terno vſu voluptatum moderando. Sed hac  
abstinentia non est mors, quia est certum op̄  
rationis. At mortificatio est passio, & talis af-  
flictio, quæ naturam extingueret, nīl suffici-  
taremur consolatione Spiritus sancti, per ver-  
bum Dei. Docet autem hic locus, quare san-  
cti affligantur, videlicet propter præsens pecca-  
tum mortificandum. Sholastici fingunt de  
satisfactionibus, qđ post remissionem culpæ  
necessè sit imponi certas pœnas ad puniendū  
peccatum. Allegant pœnā Dauid post remis-  
sum adulterium, quanq; autem interdum  
exépli cauſſa. Deus imponit pœnas, nunc qđ  
tamen tales pœnæ, neq; imponi, neq; remitti  
ab hominibus possunt. Ideo nec ad potestate  
clavium pertinent, neq; compensantur satisfa-  
ctionibus canoniciſ. Caeterum generaliter de  
afflictionibus sanctorum sentiendum est, im-  
poni eas propter præsens peccatum, videlicet  
ut in periculis agnoscant corda immūdiciem  
suam, & diffidentiam, & alia peccata hærena-  
tia in

## IN VIII. CAP. AD ROMA.

tia in natura, & rursus erigantur & concipi-  
ant fidem & alios motus spirituales, sicut ad  
Corinth. scriptum est. Etsi exterior noster ho-  
mo corrumpitur, tamen interior renouatur  
de die in diem.

Ergo fratres debitores sumus non  
carni.

Sequitur adhortatio cuius propositio est,  
Debitores sumus non carni ut secundum car-  
nem viuamus, sed secundum spiritum. Est  
autem emphasis in verbo debitores. Signifi-  
cat enim necessarium esse bene operari. Pri-  
ma ratio à poenis & præmijs sumitur. Si secū-  
dum carnem vixeritis mori emini. Est autē se-  
cundum carnem viuere obsequi cupiditatis  
bus carnalibus. Id vocat peccare mortaliter.  
Si spiritu actiones carnis mortificabitis, viue-  
tis. Hic fatetur Paulus in sanctis esse actiones  
carnis & malos motus, sed tamen sanctos nō  
obsequi illis motibus. Atq; hinc sumi potest  
quæ peccata venialia, quæ mortalia dicātur.

Additur ratio à causa efficiente. Filij Des-  
aguntur Spiritu sancto, vos estis facti filij ac-  
cepto Spiritu sancto. Igitur oportebit vos a-  
gi & gubernari à Spiritu sancto. Paul⁹ enim  
ponit maiorem & minorem, quibus positis

## COMMENT. PHIL. MEL.

prudens lector facile potest attexere conclusiōnem.

Spiritum seruitutis vocat ipsos terrores, sicut lex terret conscientias, significat autē pauperat̄ nos ab illis terroribus, quia remittit peccata. Ideoq; cum illo verbo datur spiritus lāct̄, q; consolatur & liberat corda à terrorib⁹.

Deinde docet de testimonio Spiritus sancti, et quales sint motus Spiritus sancti, vide licet quod per spiritum sanctum agnoscamus Deum & verē inuocemus. Id autem fit quando corda in terroribus & periculis erigunt se fide & recipiunt consolationem et vitam. Et id vocat testimonium Spiritus sancti.

Cohæredes autem Christi si vna patimur.

Superior pars perorationis consumitur in adhortatione. Nunc instituit consolationem, eamq; multis grauiissimis argumentis & sententijs auget atq; ornat. Est autem propositione consolationis in his verbis, sumus cohæredes Christi, siquidem vna patimur. Est enim sententia oportet nos pati, quoniam & Christus passus est, & ad hanc propositionem gratiatione peruenit. si sumus filii Dei, sumus & cohæredes

## IN VIII.CP.AD ROMA

hæredes. Etsi sum⁹ cohæredes, glorificam⁹  
cum ipso. Hic additur modus seu via ad glo-  
rificationem, si quidem passi fuerimus quem  
admodum & ipse passus est.

Existim⁹ enim q̄ non sint dignæ  
afflictiones.

Deinde addit consolationem vt hortetur  
ad tolerandas afflictiones & muniat nos cō-  
tra desperationem. Primum argumentū du-  
ctum est à præmijs, & ab exitu afflictionū,  
quasi dicat ne desperetis, quia non erunt per-  
petuae afflictiones. Imò parient vobis maxi-  
ma præmia. Neq; enim vlo modo respōdēt  
præsentes afflictiones magnitudini præmio-  
rum. Hic nihil est opus longa interpretatio-  
ne, Quis enim non intelligit valere in con-  
solando hūc locum de exitu afflictionum et  
præmijs?

Expectatio creaturæ reuelationem  
filiorum Dei expectat

Secundum argumentum sumptum est ab  
exemplo vniuerlitatis rerum. Est autem ve-  
lut occupatio quædam, Hoc horribiliter cru-  
ciat sanctos, quod cum à morte, à peccato li-  
berari se cupiant, cum ecclesiam liberari cu-

## COMMENT. PHIL. MEL.

pian à periculis in quæ subinde vident eam  
coniisci, differtur tamen liberatio, nec mo-  
dum praeudent, qua pateat exitus priua-  
torum periculorum. Sicut Moses non  
vidit quomodo euasurus esset cum à tergo  
instaret Pharaon, & vndicè inclusi essent Israe-  
litæ montibus, ac mari, sicut nunc non video-  
mus exitum præsentium motum Ecclesiæ.  
Bonii doctores interficiuntur, principes & re-  
ges conspirant ad delendam ecclesiam, crescū  
fanatici doctores, vulgi licentia etiam spectat  
ad excidium ecclesiæ, quod hoc agit ut pro-  
sus soluatur omnibus vinculis religionis.  
Ad hæc deseruntur studia, bona ingenia ab-  
sterrentur à doctrina religionis, magnitudine  
periculorum. Multi etiam delectantur nouo  
quodam doctrine genere, ex quo profusissi-  
unt &c. Grassantur in ecclesiâ & extenui ho-  
stes Turcæ. Inter hæc mala quæ nulla vox hu-  
mana pro magnitudine exponere potest, peni-  
tus videtur interitura Ecclesia. Hæc pericula  
si quis consideret, nō poterit non horribiliter  
perturbari Christus videtur in nauicula dor-  
mire, ac deseruisse ecclesiam in vniuersu, Cru-  
ciat igitur animos mora, quod non statim o-  
pitulatur ecclesiæ Christus, aut saltem quod  
nō ostendit modum quo velit instaurare Eccle-  
siam

## IN VIII.CAP.AD ROMA

Iesiam. Paulus igitur hic proponit exemplū ipsam vniuersitatem rerum, & iubet considerare quod sicut rerum vniuersitas expectat liberationē & perficit hanc moram, ita & nos expectare debeamus. sic enim argumentatur, Mundus conditus est non ad abusum impiorum, sed ut Deo seruiat. Nunc diabolus & impij tota creatura abutuntur contra sanctos, abutuntur opibus & imperiis ad omnia flagitia. Præterea etiam ad perditiones sanctos, ergo necesse est aliquando finem rerum fore, & liberato mundo impios dare pœnas. Addit autem grauissimum πάθος cum mundo sensum tribuit, quod doleat se in hoc abusu capitulum teneri & quod emitatur ut exoneretur impianos.

Vide autem quomodo diuersa argumenta ex eadem re sumunt humana ratio & Spiritus sanctus. Epicurei sic argumentatur, Quia impiani bene habent & mundo etiam magis vivunt quam pii, ergo Deus non curat humana Paulus diuersum ratiocinatur. Non est possibile totam rerum naturam ad abusum conditam esse. Impiani nunc abutuntur mundo, igitur impiani aliquando dabunt pœnas liberto mundo. Hoc vocat Paulus mundum vanitati subiectum esse, quod subie-

## COMMENT. PHIL. MEL.

Etus est abusui impiorū & corruptetur ppter abusum impiorum, vt exoneretur impijs, & vt impij puniantur. Ac renouabitur vt glorificantur filij Dei, & ipse mundus trans feratur ad alium usum, videlicet ad laudem Dei. Sicut igitur tota vniuersitas rerum experitatis liberationem, nec mora frangitur, ita nos sustineamus saevitiam & iniurias diaboli, nec desperemus propter moram. Sed sciamus, ut liberemur, & si neque modum nec tempus, quo id fieri praeuidemus, sicut nec mundus praeuidet. Haec est summa secundi argumenti.

Et nos ipsi qui primitias.

Tertium argumentum sumptum est ab exemplo Apostolorum. Nos quoque & si maiora dona habemus, tamen affligimur & luctamur cum conscientia nostrorum peccatorum, cum terroribus diaboli. cum conscientia scandalorum, & expectamus donec liberemur. Ideo vobis quoque patiendum erit, Ac mihi quidem primitias spiritus collatiue posuisse videtur pro maioribus donis. Si quis autem extenuat positum putat, intelligat primitias spiritus de donis omnium sanctorum, videlicet quod sunt primitiae & inchoatio, non decimæ seu perfectio.

Spe

IN VIII. CAP. AD. ROMA.

Spes Salui.

Quartum argumentum sumptum est ex causa formalis, videlicet à modo saluationis, quod scilicet ideo tolerare afflictiones debeamus, quia ita salui facti sumus acceptis promissionibus per fidem, ut tamen adhuc expectetur liberatio & eventus promissionum. Est autem hic integer sillogismus. Spes est earum rerum quae nō videntur, spes salui facti sumus, ergo ita sumus salui, ut nondum appareat res, sed sit expectanda. Hoc est, etiam si adhuc sentimus nos habere peccatum, etiam si adhuc vexamur terroribus peccati, mundi & diaboli, etiam si morte et alijs afflictionib[us] oppressi sumus tamē sentire oportet quod placeamus deo propter Christum, & quod propter illa mala non sumus perituri. In hanc sententiā inquit ad Gal. Nos spiritu ex fide spem iustitiae expectamus in Christo Iesu, quasi dicat. Non accepimus integrum nouitatem. Sed expectamus eam. & interim fidei iusti reputamur, nō in nobis, sed in Christo Iesu, id est propter Christum, non propter nostram mundiciem.

Hic igitur egregie consolatur nos ne desperemus, etiam si sentimus in nobis hærere peccatum, & simul docet nos de iustitia fidei,

## COMMENT. PHIL. MEL.

ut non intueamur nostram mundiciem, Sed promissionem Christi, & propter Christum, sentiamus nos reputari iustos, etiam si adhuc in nobis haerent naturae vicia, quae grauatim obedit Deo, magno impetu fugit crucem, ac mortem, expetit bona carnalia, confidit bonis carnalibus, oppugnatur dissidentia & varijs terroribus. Inter haec tamen retinenda est spes, & statuendum, quod Deus certò sit nobis propicius, & certò expectanda est noua & aeterna vita, ac iustitia.

Hic necesse est docere de spe, Primum de precepto, quod praeceptum Dei sit sperare salutem, deinde etiam quod haec spem oporteat esse certam, non ambigentem, quin Deus sit nos seruaturus. Ac de precepto constat. Nam qui non sperat, qui non expectat promissa, is profecto negat Deum veracem esse. Ideo scriptura saepe concionatur de spe, & quidem sperare praecepit. Psal. iiij. Sacrificate sacrificium iustitiae, & sperate in domino. Hic spem ipsam, vocat sacrificium iustum, & gratum Deo, Psalmo. xxiiij. Vniuersi qui expectant te, non confundentur.

Sic autem erit certa spes, Primum, si cogitabimus de spe praeceptum esse, & huic praepro obediendum esse, siue adhuc merita, siue non

## IN VIII. CAP. AD ROMA.

non adhuc sunt merita. Non enim abolet Deus hoc  
praeceptum, propterea, quia defint nobis merita,  
ut maxime cetera praecepta antea violauerimus,  
tamen non debemus cumulare illa peccata  
nouo peccato, violatione huius praecepti  
de spe.

Sed dicat aliquis, Quid si mandatum de spe  
requirit conditionem nostrae dignitatis. Quod  
si sita est, cum defint merita, cum sumus indis-  
gni, frustra videbimur sperare. Ad haec respondeo.  
Hoc ipsum agit Paulus, ut haec dubitatio  
onem nobis eximat, ut doceat certò sperandū  
esse. Et ut certò sperare possim⁹, docet causam  
spei esse, nō dignitatem nostrā, sed solam pro  
missionē misericordiæ. Hac sustentari, erigi, &  
confirmari mens debet, ut certò expectet vitā  
eternā. Non debet disputare de propria digni-  
tate aut indignitate. Non pendet promissio dei  
ex conditione nostrae dignitatis, sicut paulo  
post dicit. Quis accusabit electos Dei? Deus  
est qui iustificat, Quis condemnabit? Christus  
interpellat pro nobis. Estque scopus huius gra-  
uissimæ consolationis, munire perterrefactos,  
qui agnoscunt immundiciā & imbecillitatem  
suam, ut certo statuant se Deo placere propter  
Christum, non propter dignitatem propriam  
aut legis impletionem. Tales qui sentiunt se

V v indi-

## COMMENT. PHIL. MEL.

indignos esse, iubet sperare. Quare non oportet spem ex conditione nostrae dignitatis perdere. Atque ita sunt in Psalmis accipiendae sententiae de spe, praeципientes ut discamus eam penitere ex sola promissione misericordiae, non ex conditione nostrae dignitatis, ut Psal. xli. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quia adhuc confitebor ei. Angitur enim David, & luctatur cum desperatione, propter indignitatem suam. Sed erigit se fidutia solius misericordiae contra indignitatem suam, & sese hortatur ad sperandum. Sic in Psalmo. cxxix. initio confitetur peccatum. Si iniquitates obseruaueris, Domine quis sustinebit? Postea quanquam confessus sit, se indignum esse, & habere peccatum, tamen erigit se promissione misericordiae, dicens. Suscepit anima mea in verbo eius, sperauit anima mea in domino. Quia apud Dominum misericordia. Discamus igitur certum sperandum esse. Non est enim spes, quae dubitat, discamus erigere nos in omnibus periculis, & in omni invocatione, contra dubitationem. Displacet enim deo dubitatio, quare neque colli, neque inuocari cum dubitatione potest. Discamus & hoc, quomodo à dubitatione liberentur conscientiae, si videz licet, sciant specie caussam esse debere solam dei pros

## IN VIII.CAP. AD ROMA.

pr̄missionē, nō nostra benefacta, aut nostras  
virtutes. Sed non sine maximo atq; acerrimo  
certamine abducit mens ab hac opiniōe, quæ  
iudicat sperandum esse ppter dignitatem no-  
stram. Hæret em hæc opinio naturalit̄ in men-  
tibus hominum. Estq; ipsa legis doctrina, ac  
sententia. Ideo singuli experimur, q; tenuiter  
speremus & expectemus bona à Deo. Recla-  
mat enim chirographū illud in corde, q; pro-  
nunciat nos indignos esse, Quare iubet spem  
abīcere. Sed Euāngelium hoc proprie agit,  
vt illud chirographum deleat, vt illā natura-  
lem opinionē, ac sententiā legis ex animis tol-  
lat, & inscribat aliam de Deo opinionē, vide  
līcer, q; gratis velit esse propicius, q; dignos  
velit exaudire, ac saluare. Non possum hoc  
negocium pro sua magnitudine explicare,  
quod rāmen ita demum recte intelligetur, si  
hanc doctrinam ad vsum transferemus. Nul-  
lum peccatum in mundo communius est hac  
dubitacione. Et est obscurum vicium, quod  
non potest iudicari, atq; agnoscī sine experien-  
tia. Ideo diligenter admonendi sunt homi-  
nes, & vt ipsam vicij magnitudinem, intel-  
ligere discant, & se contra hanc pestem eri-  
gant, et fidē exerceant. Aduersarij nostri vo-  
ciferantur de bonis operibus, atque interim  
tantum

## COMMENT. PHIL. MEL.

Tantum docent externa & politica opera. De his conscientiae certaminibus magnum apud eos silentium est. Ita tantum opprimunt doctrinam horum operum quae sunt propria Christianorum, scilicet, vera exercitia fidei, lucentis cum dubitatione, in omnibus periculis, in omni inuocatione, Denique cum alant atque augeant dubitationem, funditus euerterunt cultum & inuocationem Dei.

Similiter autem et spiritus adiuvat infirmitates nostras.

Quintum argumentum sumptum est ab auxilio. Nam & hic locus valet in consolando, cum auxilium in periculis ostenditur. Testatur autem Paulus, Deum spiritu sancto confirmare & corroborarepios in afflictionibus ne deficiant. Sicut & Christus pollicetur. Non relinquā vos orphanos. veniam ad vos. Non turbetur cor vestrum &c. Haec sententiae pollicentur auxilium, et simul docent dari spiritum sanctum. Proinde in omnibus periculis experiamur has promissiones, et petamus auxilium a Deo, nec dubitemus, quin Deus praestiturus sit promissum. Porro hic Paulus auctoritas ponit nostrae imbecillitatis, et auxilij diuini, Natura nostra ægre obtemperat Deo in mora

## IN. VIII CAP. AD ROMA:

in morte & alijs afflictionibus. Cruciatu*re* etiam expectatione liberationis, cupit statu*re* aut eripi ex periculis, aut certa p*ro*p*ri*cere quomodo simus euasuri. Ideo dicit, nos nescire quid oremus, quia aliud petit natura carnalis, quod vult Deus. Deinde opponit remedium huius imbecillitatis. Interim tamen spiritu*s*anctu*m*us interpellat pro nobis, gemitu*m* inenarrabil*li*, id est spiritu*m* vincit inbecillitatem carnis, efficit ut aliqua ex parte volentes obediamus Deo, & per amus atq*ue* expectemus liberationem secundum voluntatem Dei, sicut Christus ait, veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Porr*o* spiritus sanctus ita sustentat, quando verbo erigit cor. Sicut in Psalmis ostendunt exempla. Verbo tuo vivifica sti me. Et hanc obedientiam atq*ue* inuocationem vocat Paulus gemitum inenarrabilem, non vocat actu*m* elicitos aut frigidas et ociosas cogitationes Loquitur. Paulus de vero exercitio spiritu*m* in maximis periculis & asperrimis afflictionibus & veris contritionibus. Ibi se fides vere exerit quum nos consolatur & a morte aeterna liberat. Et cum talis fiducia liberet a morte aeterna, et vere afferat vitam aeternam, stultus est fingere fidem effici solius rationis humanae viribus. Paulus hic clare dicit nos adiuuari a spiritu

COMMENT. PHIL. MEL.

spiritu sancto, &c.

Scimus. n. quod diligentibus Deū  
omnia cooperantur ad bonum.

Sextum argumentum ab exitu sumptum  
est. Valet. n. & hic locus in consolando, & ad  
Iocum à facili, aut à possibili pertinet, cū ostēs  
dimus non fore perpetuam afflictionem, sed  
κατασροφήν, lætam futuram esse. Item cum appa-  
ret nos non affligi vt perdamur, Sed per hæc  
mala iter esse ad salutem. Estq; hoc Enthyme-  
ma, Afflictiones habebūt lætos exitus, Et sūt  
via ad salutem, Igitur tolerate eas tātis per æ-  
quis animis. Antecedens probat, pposita ima-  
gine Christi, & deinde attexit de exitu. Hic  
modus inquit, hæc via est ad salutē Nō potes-  
stis glorificari, nisi prius affligamini. Quia q;s  
elegit, eosdem fieri vult similes imaginis Ch-  
risti. Christus autem horribiles afflictiones per-  
pessus est. Igitur existimetis vos quoq; affligi  
oportere. Deinde addit de exitu, Et qui sic vo-  
cantur, iustificātur, iustificati verò, etiā glo-  
rificabuntur. Ergo prosunt nobis afflictiones,  
& habebunt lætos exitus.

Inest in hoc ipso loco & hæc cōsolatio sum-  
pta ab obiecto, & caussa pauoris, disputam⁹  
enim in afflictionibus, vtrum à Deo diligas-  
mur,

## IN VIII CAP. AD ROMA

mur, utrum Deus iratus abiecerit nos. **Huic**  
tentationi occurrit cum proponit imaginem  
Christi Christus sic afflictus est. Et pater vult  
nos fieri similes filij. Igitur non affigit, ut per-  
dat, sicut nec filium afflixit ut perderet. Et hāc  
principuam consolationem sumptam à volū-  
tate Dei, hic in fine copiosissime atq; ornatissi-  
me exaggerat.

**Quid igitur dicemus ad hæc? Si De-**  
**us pro nobis, quis contra nos?**

Septimum argumentum sumptum est, ex  
principio loco, videlicet, ex obiecto & causa  
pauoris. Nam causa pauoris & desperationis  
est, quod inter afflictiones etiam terret nos cō-  
spectus nostrorum peccatorum, & iudicam⁹.  
Deum nobis irasci. Huic errori medetur hic  
Paulus, & ostendit aliud obiectum. Negat  
affligi nos ideo, quia Deus nos abiecerit, aut  
irascatur nobis.

**Quid dicemus ad hæc? id est. Quid dice-**  
**mus amplius? Quid maius, quid ad cōsolati-**  
**onem efficacius requiri aut dici potest, q̄ hoc,**  
q̄ Deum habemus ppicum, fauentem & tu-  
entem nos. Deus pro nobis est, id est, ppicus  
est nobis, curat, tuet nos. Quare nulla vis tan-  
ta est, quæ perdere nos possit. Non diabolus,

non

## COMMENT. PHILIP MEL.

non terrores peccati, non mors, non saeuitia mundi. Addit signum amoris certum, Quia filium pro nobis dedit. Hoc beneficium amplificat. Omnia nobis cum eo donabit, id est, victoriam aduersus peccatum, mortem & abolum. Cum enim dederit filium ut nos redimeret, profecto non voluit id beneficiū inane esse. Non sinet nos perire, non patietur liberatoris gloriam obrui terroribus peccati, aut diaboli tyrannide. Et quia interim conscientia urgetur conspectu viciorum, & absterretur ne ausit affirmare Deum propicium esse, dicit hoc argumentū obiter. Etiam si terret conscientiam peccati magnitudo, etiā si vides visua in natura hærere, tamen statuas certò te placere deo. Quis accusabit, inquit, Deus est qui iustificat, id est, iustum & acceptum pronuntiat, seu reputat. Et quidem deus approbat, quasi dicat. Cum Deus promiserit se nobis vel le propicium ac placatum esse, tribuamus ei laudē veritatis, etiā si nos indigni videmur, Deus est, inquit, qui pollicitus est, ne iudicemus irritam esse diuinam promissionem. Et hanc ipsam sententiam amplificat addita mentione mediatoris. Quis condemnabit? Christus pontifex interpellat pro nobis. Huius sacrificium non est inutile. Preces noū sūt inanē. Ac

## IN VIII. CAP. AD ROMA

Ac meminit mortis Christi, vt de sacrificio  
nos admonereret. Contumelia autem esset la-  
sacrificij Christi, si nos iudicaremus aliquod  
peccatum esse nostrum maius, quam ut abo-  
liri illo sacrificio possit. Deinde meminit resur-  
rectionis, & quod sedeat Christus ad dextram  
Dei, vt admonereret nos de regno ac potentia  
Christi. Nam sedere ad dextram Dei, est regna-  
re cum Deo, & diuina potentia. Itaque vincet  
Christus nec sinet nos perire. Et quoniam re-  
gnat cum Deo, cum interpellat pro nobis ac  
vult nos seruari, haud dubie idem vult et pa-  
ter. Id est testantur promissiones de hoc sacer-  
dotio quod pater filium exaudiat, quod filij  
precios non sint irritae. Nulla autem consola-  
tio dici aut cogitari suauior potest, quam quae  
sumitur ex sacerdotio Christi. Ibi n. proponi  
est Christus simplicitate tanquam placator. Ipse fit  
victima fit pontifex. Et precursor non tam temel.  
sed perpetuo. Certum est autem hunc ponti-  
ficem exaudiri, certum est nos ei curare esse, post  
quam scriptura testatur eum perpetuo inter-  
pellare, certum est remissionem peccatorum  
propositam esse, cum ipse perpetuo interces-  
sat pro nobis, iuxta illam sententiam. Tu es  
sacerdos in eternum secundum ordinem Mel-  
chisedec.

Et Epistola ad Ebreos hora-

## COMMENT. PHIL. MEL.

cur nos vt freti hoc sacerdotio erigamus nos  
& credamus nobis remitti peccata. Sic n. in  
quit. Habētes ergo pontificem magnum, qui  
penetrauit cœlos Ielum filium Dei, teneam⁹  
confessionem. Non. n. habemus pontificem  
qui non possit compati infirmitatib. nostris,  
sed tentatum per omnia secundum similitudinē  
dinem, absq; peccato. Adeamus ergo cum fi-  
dutia ad thronum gratiæ, vt misericordiam  
consequamur & gratiam inueniamus in au-  
xilio opportuno. Quid dici efficacius potest  
ad consolandas imbecilles mentes, quam qd  
sübet accedere cum fidutia, ad pontificem pla-  
catorem, quem vocat thronum gratiæ, id est  
certum pignus misericordiæ promissæ. Pater  
enim ideo constituit pōtificem Christum, vt  
testaretur se velle nostri misereri, vt nos qua-  
si vadem haberemus misericordiæ. Ideo Pau-  
lus & in hoc loco opponit acerrimis pericu-  
lis Christum interpellatorem et sacerdotem,  
vt sciamus nos placere Deo, exaudiri, serua-  
ri à Deo, Proptcr hunc Pontificem, etiam si ip-  
sum indigni sumus, etiam si terroribus peccato-  
rum nostrorum acerrime oppugnamur. Dis-  
camus igitur hoc modo & intelligere Chri-  
sti sacerdotium, & querere in eo firmā colola-  
tionem aduersus peccata & mortem æternā.  
Quis

IN VIII. CP. AD ROMA

Quis nos separabit à dilectione  
Dei.

Conclusio est proximi argumenti. Cum Deus tantopere diligit nos, nullo modo deferturus est nos in ullo certamine aut periculo spirituali vel corporali. Cum haud dubie diligit nos, nihil dubitemus qui seruatur nos si, etiamsi oppugnamur & exercemur omni genere afflictionum. Hæc est meo iudicio simplex sententia. Nā dilectionē Dei vocat q̄ Deus nos diligit. Cum hanc dilectionem agnoscimus, cū opponim⁹ eam peccati terorib⁹, mortem & omnes afflictiones vincimus. Ita loquitur in genere de credentibus, qui fiducia huius dilectionis se sustentant. Nec op⁹ est hic disputatione de predestinatione. Tantis per agnoscimus, dum hanc dilectionem Dei Tantis per dum fidutiam hāc tenemus, quod propter Christum accepti simus patri. Deus diligit ac seruat nos. Postremo illud omnino ineptum est, quod quidam illiterati hic inter pretantur dilectionem qua nos Deum diligimus, & disputant an hoc voluerit Paulus, Iustificatos non posse iterum amittere suas virtutes, & labi in vitia.

## COMMENT. PHIL. MEL.

Has insulsas & male grammaticas interpreta-  
tiones, & intempestiuas quæstiōes, cum suis  
magistris mittamus in n̄o p̄lo ὀκκυζ̄ται. Aristoz-  
phanis. Nam præterquod sunt ineptæ, evā  
obscurant doctrinam de fide. Paulus satist clā-  
re ostendit, quid velit, cum ait. Vincimus per  
eum qui dilexit nos, id est, cum agnoscimus  
nos à Deo diligi, & opponimus terroribus  
peccati, ac sæuitiæ diaboli hanc Dei beneuo-  
lentiam erga nos, nō solum vincimus,  
sed ἐπερνικῶμεν inquit, hoc est, glori-  
ose vincimus, ac longe super-  
ramus hostes, sicut Mo-  
ses gloriose vicit  
Pharaonem.

## CAPVT. IX



Bsoluti totam disputationem, &  
methodum, de iustificatiōe, ac po-  
terat iam definire, nūl iudæis fa-  
tisfacere cogeretur, de quæstione  
grauissima. Nō fuit leuis offendio, quod tam  
pauci ex iudæis crediderunt. Sicut hoc tem-  
pore non est leuis offendio, paucitas recte sensa

## IN IX. CAP. ADROMA!

tientium. Reliqua multitudo, opponit his,  
Ecclesiæ nomen, allegat promissiones Ecclesiæ  
factas. Portæ inferorum non præualebūt  
aduersus eas. Ero vobis cum vñq; ad consum-  
mationem sæculi, & similes. Ita Iudæi dispu-  
tabant promissiones de Christo, ad vniuer-  
sum populum pertinere. Quare necesse esset  
Christum, si quando appareret, sibi adiunge-  
& cumulare promissis bonis maximam,  
& præcipuam populi partem, Pontifices, Sa-  
cerdotes, Principes, & alios præstantes vi-  
ros. Id q; propter merita & opera legis. Po-  
stea disputabant hunc, quem prædicarent A-  
postoli, non esse Christum, Qui nullo mo-  
do videbatur euentus, tam magnificis pro-  
missionibus respondere. Non solum præci-  
pua populi pars periret, sed tota Respublica Iu-  
dæorum ruere cepit, post Euangeliū prædica-  
tionem. Ehi non sunt seruati, qui maxime  
videbantur meriti operibus legis, vt promis-  
sa acciperet, quasi præmia suorum laborum,  
quos exhauterant in docendo, regendo, ac de-  
pendendo populo Dei. Disputabant paucos  
quoldam, qui gloriarentur se adeptos esse,  
promissa, prætextu Messiæ seditionem moue-  
re aduersus populum Dei, aduersus Ecclesi-  
am, aduersus catholicam congregationem,

## COMMENT. PHIL. MEL.

Nōmen populi Dei obijciebatur Apostolis,  
non secus atq; nunc obijcitur rete sentientib;  
nōmen Ecclesiae. Negabant fieri posse ut ma-  
xima & præcipua pars populi erraret, & ab-  
hiceretur a Deo. Ideo contendebant hunc non  
esse Christū, qui præcipuæ populi parti igno-  
tus esset, qui vniuersæ reipublicæ Iudeos  
rum boni nihil attulisset, &c. Neq; hæ offen-  
siones leuiter mouebant animos. Multum  
visitatæ persuasiones, multum autoritas Pon-  
tificum & principum valebat. Nouam igis-  
tur disputationem hic instituit Paulus, & il-  
la argumenta, quæ recitauit, diluit. Iudei dia-  
putabant se esse populum Dei, se esse Ecclesi-  
am, & ad se pertinere promissiones, Quia id  
ipsi mererentur suis operibus. Paulus contra  
docet, quis sit verè populus Dei, quæ sit verè  
Ecclesia. Quòd electi per misericordiam ves-  
rè sint populus Dei, quòd Israhel propter ope-  
rum dignitatem non fuerit verè Ecclesia Dei,  
quòd operibus non sint meriti promissiones  
noui Testamenti. Postquam ostendit Iudeos  
non esse verè populum, sed electos filios Deli  
& Ecclesiam futuros esse, facile est ad cætera  
respondere, scilicet, Quare pauci seruati sint,  
quare Gentes receptæ sint. Itaq; postea de his  
postremis locis citat testimonia ex Prophetis.  
Hæc

## IN IX. CAP. AD. ROMA.

Hæc est meo iudicio occasio harum disputatiōnum apud Paulum, qua animaduersa, facilius intelligi potest, quo consilio ingressus sit in hunc locum de prædestinatione, ut vocat, quam quidem breuiter attigit, non ut sereret questiones inutiles, sed ut consolaretur pios, quos necesse est scire, aliud esse verā Ecclesiā, aliud multitudinē impiorū, quæ titilū Ecclesiæ sibi arrogat. Vera Ecclesia non solū multitudine vincit ab impijs, sed etiā illis maximis doulb<sup>h</sup> humana sapientia, humana iustitia, imperijs. Multi extiterūt in Synagoga præstātes viri, sapientia et religiōe, qui Euāgeliū nō pba bant. Ab his difficultimū suisset Apostolis dis sentire, si Ecclesiam humana sapientia, & iustitia pareret. Iam inter Gentes quales viri extiterunt, q̄ res maximas atq̄ vtilissimas humano generi gesserūt, qui resp. cōstituerunt diuīna ope. Nec enim tantæ res perfici, nisi Deo gubernante, poterant, i qui sapientia et iustitia excelluerunt. Quales fuerunt Solon, Themistocles, Aristides, Fabij, Scipiones, Alexander, C. Cæsar, Augustus, Cicero, Papinianus, Vlpianus, & similes.

Ad hunc modum vincitur Ecclesia omnibus æstatibus, multitudine & maximis virtutib<sup>y</sup>, tum ecclesiæ hypocritarū, tū etiā gentiū.

X iiiij.      Ac dif

## COMMENT. PHILIP MEL.

Ac difficillimum esset dissentire ab illis iudicij, si Ecclesiā humana sapientia & iustitia pareret. Itaque ne vel multitudo impiorum vel autoritas perturbet et euertat pios, scire eos importet quod Ecclesiam nec naturalis propagatio, nec multitudo, nec humana sapientia ac iustitia, sed diuina electio parit per misericordiam, atque ita pariat propria promissione reconciliationis. Hoc cum satis esset scire, tamē hic non resistit humana curiositas, sed incipit querere causas electionis, quod nihil opus est. Quorsum enim nobis opus est de Dei consilio disputare? Et cū Paulus de electione nos admonuerit ut nos grauissime consolaremur, corruptitur hæc consolatio curiosis disputationibus cum caussam electionis scrutamur, & præpostero ordine prius volumus scire vestrum ipsis simus electi, quam obediere verbo Dei. Ego igitur omissa illa disputatione de caussis electionis, hic colligam rationes quibus recte & utiliter munitur mens, contra tentationem illam de prædestinatione seu electione.

Primum hoc sciendum est quod querere de voluntate Dei sine verbo Dei & contra verbum dei impium est. quia Deus neque vult neque potest cognosciri per verbum ab ipso, proposa

## IN. IX CAP. AD ROMA:

propositum, sicut ubique nos docet scriptura. Paulus ad Corinthios ait, Mundus non novit Deum in sapientia per sapientiam, sed per Euangelium agnoscitur Deus. Quare cum de voluntate Dei querimus, necessario debemus ordiri a verbo suo. Quoties igitur disputat mens & angitur de electione, recurrat ad verbum Dei, sciat ab Euangelio nos ordinari oportere, nec Deum sine Euangelio cerni, intelligi, aut apprehendi.

Deinde hoc consideremus, praeципue oriri hanc tentationem ex falsa opinione de iustitia legis scilicet quod saluer propter legem, ideoque disputamus causam electionis esse, iustitiam nostram. Et quia in veris certaminibus deprehendimus nos indignos esse, iudicamus nos rejectos esse. At hic conscientia debebat Euangelium intueri, & videre quid ibi proponat Deus. Porrò Euangelium pollicetur omnibus remissionem peccatorum & vitam æternam, & gratis pollicetur propter Christum, non propter legem, modo ut huic promissione credamus. Cum autem promissio sit universalis, quid aliud est querere de electione quam promissionem in dubium vocare? id autem vere est abrogare Euangelium, et Deum accusare mendacij. Tantum mali habet haec curia

## COMMENT. PHIL. MEL.

Sitas, scrutatur Deum sine verbo Postea vocat in dubium promissionem diuinam, ita et abhinc Euangelium & accusat Deum mendacij. Quandocunq; igitur de praedestinatione angimur, respiciamus ad Euangelium & promissionem quae & vniuersalis est, & gratis offert salutem omnib. modo ut credant promissioni. Nec reuocemus in dubium hanc promissionem. statuamus certò velut à posteriore, omnes electos esse qui huic promissioni credunt, neq; fidutiam hanc ad extreum abniciunt. Et sciamus Deum in primis hoc postulare, ut huic promissioni credamus. Scimus enim mandatum patris. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacitum est. Hunc audite, Audiamus igitur Christum promittentem, et quidem gratis ac omnib. salutem. Hic prodest tenere sententias vniuersales in quibus promittitur vita æterna. Colligam igitur aliquot, ut in omnibus negotijs & omni inuocatione simus instructiores.

Mathei. II. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis & ego reficiam vos.  
Ioha. III. Ut omnis qui credit in ipsum non pereat sed habeat vitam æternam.

Actuum. X. Huic omnes prophetæ testimoniū perhibent, remissionem peccatorū accipere

## IN IX. CAP. AD ROMA.

aceipere per nōmē ei⁹, omnes qui credunt in  
eum.

Actuum .XIII. In hoc omnis qui credit, iu-  
stificatur.

Rom .III. Iustitia autem Dei per fidem Iesu  
Christi in omnes & super omnes. Vides repe-  
ti vniuersalē particulā ne quis putet ei casu,  
aut λεληθέτως excidiſſe.

Rom .X Omnis qui credit in illum non cō-  
fundet. Non est. n. discriminē, Iudei & græci.  
Nā IDEM DOMINV S OMNIV M, DI-  
VES IN OMNES, qui inuocant eum. Om-  
nis. n. qui inuocauerit nomen domini, saluus  
erit.

Rom .II. Cōclusit Deus omnia sub incre-  
dulitatem vt omnium misereatur.

In summa. Certum est in Euangelio omni-  
bus offerri remissionem peccatorum, & gra-  
tis offerri. In hanc vniuersalem singuli nos in-  
cludamus, & ab hoc verbo ordiamur cū que-  
rimus de Dei voluntate, ac verē statuanius  
Euangelium ad nos quoq; pertinere. Valent  
in hāc sentētiā et hāc dicta, Deus vult omnes  
homines saluos facere. Item Apud Deum nō  
est προσωποληγία. Cū itaq; à verbo ordientes,  
non à nostris supputationibus Euangelio  
credes

## COMMENT. PHIL. MEL.

credemus, sciamus nos certò filios dei esse, Iu  
dicerups igitur à posteriore hos qui Euange  
lio credunt, & hanc fidutiam non abniciunt,  
ad extreum, electos esse. Scriptores veteres  
omnes, præter vnum Augustinum, ponunt  
aliquam caussam electionis in nobis esse. Et  
recentiores uāla & ceteri affirmare audent rem  
toram pendere ex meritis nostris, & dignitate  
nostra, quod ideo falsum esse, necesse est, quia  
neque justificamur, neque saluamur propter  
dignitatem nostram, aut impletionem legis.  
Et in hunc errorem inciderunt, propria, quia  
non animaduerterunt discrimen Legis & Ez  
uangelij, & quomodo iusti pronunciemur.  
Verecundius est, quod aliquamdiu placuit  
Augustino, misericordiam Dei verè causam  
electionis esse. Sed tamen eatenus aliquā cau  
sam in accipiente esse, quatenus promissio  
nem oblatam non repudiat, Quia malum ex  
nobis est. Sed neque accipi promissio miseri  
cordiae, neque concipi fidutia potest, nisi Spi  
ritu sancto, per verbum mouente corda, ius  
ta illud, Nemo venit ad me nisi quem Pa  
ter traxerit. Præterea ut maxime ageret alis  
quid humana voluntas, tamen non esset sens  
tiendum, salutem ex modo & dignitate no  
stræ actionis pendere, sed ex promissione, ne  
destraheretur

## IN IX. CAP. AD ROMA.

detraheret iustificatio fidutiæ misericordiæ. Augustinus solam misericordiam facit causam electionis. Atq; ita dicit, hoc ideo tradi, ut homo discat spem in Deū collocare. Quare detrahit dignitatem nostris actionibus Docet item sine auxilio spiritus sancti non effici fidutiam misericordiæ Dei, et alios pios affert. Sicut Paulus dicit. Qui spiritu Dei aguntur, filij Dei sunt.

Illud etiam monere necesse est quandam dignitatem actionem Dei, qua videlicet condita conseruat & agitat assidue. Non enim intelligi debet Deus, deseruisse res à se conditas, sicut faber domū ædificiam reliquit et commendat hero. Deus enim adest vniuersæ naturæ, conseruat & agitat res. verè fecundat terram, verè impertit vitā animantibus, sicut ipsi quotidie consitemur in precatione domini ea, cum à Deo petimus panem quotidianū. Et extant in scripturis plurima huius rei testimonia. In actis. In ipso viuim⁹, mouemur & sumus. Et Paulus ait. Ex ipso & per ipsum est in ipsum sunt omnia. Item. Ferens omnia verbo potentiaæ suæ. Et Christus ait in Euāgelo. Duo passeret esse veneunt, neq; tamen cadūt super terram sine voluntate patris. Et Psalmi copiose describunt hanc Dei præsentiam.

Quod

## COMMENT. PHIL. MEL.

Quod alat omnia inquit. Dante te escam col-  
ligent. Et prophetæ pleni sunt huiusmodi p<sup>r</sup>  
conijs beneficiorum Dei. Nam hæc generalis  
actio Dei, non est intelligenda sicut quidam  
doctores Scholastici somniant, quasi nō verè  
agitet Deus creaturas, sed postq; motus semel  
inditus est rebus, nūc moueri, gigni et existere  
eas sine auxilio Dei, sicut lapis semel impul-  
sus, postea per se fert deorsum. Sed non est sic  
remouendus à creaturis Deus, Verum scien-  
dum est, Deum verè adesse rebus, ppetuo im-  
pertiri, ac distribuere vires singulis, pro sua  
conditione, Sicut Paulus ad Timotheum vo-  
cat, Deum omnia vivificātem. Et hæc p̄sentia  
Dei in rebus fide cernitur. Et ad exercendam  
fidem in hac tota vita, prodest hāc doctrinā te-  
nere, q̄ Deus regat vires naturæ atq; hominū  
quòd verè suppeditet vitam, victum, vires,  
&c.

Sed hic existunt acerrimæ disputatiōes de  
contingentia, si Deus non solum præuidet os-  
mnia, sed suppeditat vires, & determinat con-  
tingentia, nihil videtur contingēter fieri. Ego  
dixi fide præsentiam Dei cernendam esse. Inte-  
rim tamen dico nihil opus esse illis Chrysipa  
peis disputationib<sup>r</sup> de necessitate. Quāquam  
Deus verè condit & conseruat res, præuidet  
& dea

*Contra Lutherum  
de fide arbitrio*

## IN IX. CAP. AD ROMA

& determinat contingētia, tamen cum ipse  
ita considerit rationales naturas, ut habeant  
aliquem delectum & libertatem . autor est si  
cū libere, ita contingenter aliqua fieri. Et pro  
fecto scriptura aliqua ex parte tribuit homi-  
ni delectum & libertatem in his quæ iudicio  
rationis subiecta sunt, quia iubet eum lege re-  
gi & coherceri, vocat aliquam sapientiā et iu-  
stitiam carnis. Neq; ego ignorō hæc disputa-  
ri iubilius sed illa πολυπραγμοσύνη multa collig-  
it inexplicabilia quæ imperitos & iuuenes  
valde perturbant. Itaq; hic visum est resistere  
ac præcidere reliquias de hac re disputationes.  
Fas est quædam ignorare homines, Et perspi-  
cere qualis sit diuina gubernatio in rebus , est  
intelligere creationem. Id autem tantum diu-  
næ sapientiæ est. Et tamen per verbum Dei fi-  
des aliquo modo cernit Deum adesse & tue-  
ri res.

Meminerint hic etiam studiosi vulgatum  
discrimē, necessitatis, alia vocatur Necessitas  
absoluta, seu consequentis. qualis est. Deum  
esse necesse est. Alia vocatur necessitas conse-  
quentiæ, qualis est, oportet vinci Pompeiū,  
oportuit euerti Ierosolimam, non quod hoc  
sua natura necessariū fuerit, sed vel qd de<sup>o</sup> ita  
determinat, vel qd sequitur pppter pcedētes cau-  
sas, Ita

COMMENT. PHIL. MEL.

*pro iuridet. Lutberg.  
de libato oratione.*

Ita è natura contingentia fiunt necessaria, necesse  
sitatem consequentiæ. Hæc breuiier dixi ut stu-  
diosos admonerè de vulgatis doctorum sen-  
tentijs, ne in tam obscuris questionib. si à pu-  
blica via discedant magis absurdâ & inexplicabili-  
taria de quibus tamen non habeant satis fir-  
mas rationes, colligant.

Est & alia questio de causa peccati quæ nō  
minus exercuit ingenia, quæ in superiori re  
stio de contingencie. Christus inquit diabolū  
esse patrem mendacij & ex proprijs loqui me-  
dacium, Paulus ait. Per hominem peccatum  
introisse in mundum. Ita q̄b etlī Deus impers-  
tit vitam malis, tamen Deus non est causa pec-  
cati sed voluntas ipsa in malis in diabolo et ho-  
mine, transferens agitationem ad obiectū pro-  
hibitum à Deo, est causa peccati. Hæc senten-  
tia & tuta & vera est, ac facris literis consen-  
tanea. Quod autem in scripturis legitur. Ego  
indurabo cor pharaonis. Item tradidit eos in  
cupiditates cordium suorum & similia, hæc  
figura sermonis facile potest explicari, si quis  
obseruet naturam Ebraici sermonis. Certum  
est enim has figuræ Ebraicæ habere quandam  
significationem permittendi. Tradidit in des-  
teria et c. non significat positivè Deum effica-  
citer seu proprio quodam motu rapere anis-  
mos

## IN. IX CAP. AD ROMA:

mos ad explendas cupiditates, Sed significas  
desertionem. Deus deserit impios & linit eos  
furere, non cohibet corum furorem. Ego in  
durabo cor Pharaonis, id est finam indurari,  
non flectam genuinam impij cordis duritiā.  
Cum autem huius desertionis mentionem fa-  
cit, pœnam significat qua punit impios. Hæc  
est verè grammatica interpretatio. & nihil ha-  
bet absurdī. Quanquam autem multæ que-  
stiones adhuc hærent in hoc negocio, ramen-  
ti dixi, fas sit aliqua nescire homines. Et pro-  
fecto modus ac finis aliquis disputationum  
esse debet. Et multo faci⁹ est exerceri animos  
timore & fide, quam speculationibus sapien-  
tiae Dei, cum ideo Christus nobis propotitus  
sit ut peccata nostra, & ipsius misericordiam  
consideremus, nec scrutemur alia.

Præter generalem actionē Dei, est alia, quæ  
vocatur specialis. Cum videlicet supra natu-  
ram & generalem actionem datur Spiritus  
sanctus credentib⁹, qui renati sūt nouæ crea-  
turæ. De hac speciali actione concionatur pro-  
prie Euāgelium. Nam per Euangelium pro-  
mittit spirit⁹ sanctus, ut nouam & æternam  
vitam, nouā Dei notitiā fidutiā Dei, nouā iu-  
nitiam in credentib⁹ inchoet. Et saepe iam dixi  
dari spiritum sanctum per verbum cum cor-

X dacō

## COMMENT. PHIL. MEL.

da concipiunt fidutiam & consolationē per Euangelium. Hæc præfari volui, vt præpararem lectorem ad Pauli disputationem.

V eritatem dico in Christo.

Orditur à grauissima querela & deplorat interitum ḡetis suæ. Est enim responsurus ad argumētum quod obijciebāt Iudei, se esse populum, cur promissiones non contigissent vnuerso populo. Cum autem nemo nostrū sine summo dolore videre possit Ecclesiæ disfipationem, perniciulos errores, & alia multa, quæ minantur in posterum vniuersitatem Ecclesijs, dubium nō est, quin acerbissimos doctores attulerit Christo, Paulo & similib. interitus illius gentis, quæ tot habuerat prærogatiwas, quas Paulus hic breuiter coaceruans, dolorē suū aliquo modo expressit. Cū prælati fuerint Israelitæ omnib. Gen. cum sola hæc gens habuerit verbum Dei et promissiones, qua prærogatiua nihil cogitari aut dici glosiosius potest, miserabile est eos nunc à Deo rejici, ac funditus deleri. Quis hoc cogitare prudens sine summa acerbitate doloris potuit? omittam autē hicalia, quæ obiter hic dici solent, tantum hoc monebo lectorem, vt ex eius consideret, quid de gentib. futurū sit, cum deus tam horribiliter puniuerit ingratitudinē.

## IN IX.CP.ADROMA

tudinem sui populi, cui promissiones peculiarier factæ erant, in quo extiterunt tot patres Deo carissimi. Quāquam videmus et nostrā ingratitudinem horribiliter puniri. Nam Ecclesia in oriente penè tota deleta est per Mahometistas. In occidente oppressa est maximis errorib. Et videtur impendere subinde calamitatis maiores, quas ut mittiget Christus, precari omnes debemus.

Non autem dico tanquam irritū sit verbum Dei.

Querelæ statim adiecit correctionem. Cum deploro gentis interitum, non existimetis me dehortari Iudeos, quo minus credant. Non nō hoc sentio, neminem ex Iudeis seruari posse. Imò promissio ad nos pertinet, nec est irrita. Vtinam promissioni credatis, quod quicunq; secerint, salvi erunt. Vide autem quomodo reuocat eos ad promissionem, iubet hanc apprehendere, non iubet arcanum consilium predestinationis inquirere. Ita præmunit iesu etorem proposita promissione, antequām accedit ad disputationem de electione.

Non enim omnes isti sunt Israel qui sunt ex Israel.

## COMMENT. PHIL. MEL.

Hæc est propositio in qua respondet ad obiectionem, de populo Cum disputabant Iudei se esse populū dei, se esse Ecclesiam, ad se pertinere promissiones. Respondet Paulus promissiones pertinere ad electos, et discernit verē populū, ab his qui titulum habēt. Ita semper oportet pios in Ecclesia scire aliam esse verē Ecclesiam, aliam esse Ecclesiam quæ sibi arrogat titulum. Oportet scire quod promissiones pertineant ad veram Ecclesiam, non ad regnum quod sibi falso arrogat Ecclesiæ nosmen. Et propositionem Paulus clare tradit, Filij Dei fiunt non propagatione carnali, nō naturalibus donis, aut meritis. Sed electione Dei . . . Probatio prima.

Ille est filius, quē Deus sua promissiōe sibi elegit, & segregauit à reliquis filijs Abrahāz. Ergo filij Dei fiunt electione Dei. Si n.natura aut meritis fuerent filij, nihil opus fuisset Deo segregare filium suę promissionis à reliquis. Chaldæi, Aegypti nō erant inferiores donis aut meritis naturalibus quam Isaac. Alexander Macedo. Augustus, Fabi⁹, Scipio, magis instructi fuerunt donis & meritis naturalib⁹ quam nos. Et tamen non habebant Euangeliū. Itaq; Ecclesia fit electione & per misericordiam, non propter naturalia dona aut merita.

## IN IX. CAP. AD RO MA.

vita. Nam hanc conclusionem recitatis tribus argumentis subiicit. Non est volentis, necq; currentis, sed miserentis Dei,

### Secunda probatio.

Jacob fit filius, nō propter opera, sed propter vocantem, Igitur filij dei fiunt electione, non donis aut meritis naturalibus. Ita Pauslus dum ab illis primorū patrum exēplis oritur, admonet nos quod Deus inde usq; ab initio segregarit Ecclesiam, sua electione & pmissionibus à reliquo mundo, quare nō fiūt natura filij Dei aut naturalibus meritis.

### Num iniustitia est apud Deum.

Sed videt Paulus hæc abhorre à iuditio rationis humanæ, quare ipse se interpellat, et argumentum commune, quod sanis omnibus in hac causa necessæ est in mētem venire, proponebat ac diluit. Si Jacob & Iesu sunt pares. Deus debebat vtrumq; pariter aut eligere, aut pdere, quia iudicem decet paria paribus reddere. Deus nō reddit paria paribus, igitur iniquus.

Paulus diluit hoc modo. cum soluitur debitum paria paribus reddi debent. In donatione, vel cum agitur per misericordiam, nihil opus est paria reddere paridus, Proinde maiore est vera de debito. Iudicem decet reddere Y iiiij paria

## COMMENT. PHIL. MEL.

paria paribus, scz cum debitum soluendum est. Sed in donando seruare æqualitatem nihil opus est, sicut & Christus in parabola de conductis in vineam docet. Minor loquitur de misericordia. Deus non reddit paria paribus Esau & Iacob, Dauidi & Sauli, quia Iacob & Dauid eliguntur per misericordiam. Ideo recitat sententiam, Misereor cuius miseror, id est, cuius mihi visum est misereri. Et vrget εμφασιν verbi misereor, ut in Conclusione appareat. Non est volentis, neq; currentis, sed Dei miserentis. Hæc sententia clare testatur eligi homines per misericordiam, non propter dignitatem nostrorum operum. Deinde addit aliud testimonium, ex quo oritur questio durior, ad quam non respōdet, sed iubet Deo iudicium relinquere.

Non solum ex Iudæis, sed etiam  
ex Gentibus.

Deinde transit Paulus ad alteram partem instauræ disputationis de scandalo, quod vide licet Iudæi disputabat non pertinere promissiones ad Gentes, sed ad filios Abrahæ. Item, disputabant nondum apparuisse Christum, quia populus nondum esset consecutus illas magnificas promissiones iustitiae & salutis.  
Nam

## N IX. CAP. AD. ROMA.

Nam maxima & præcipua pars populi, principes & pontifices, non acceperant Spiritum sanctum, tantum pauci quidam, veluti sedicis os & hæretici iactabant se adeptos esse iustitiam & salutem, Cum istic catholica congregatio non videretur promissiones adeptos esse.

Sicut in Osea dicit. Vocabo non populum meum, populum meum. Primum igitur ex dicto Oseæ probat gentes etiam vocandos esse, & electos ex genub. esse filios Abrahæ. Semper autem quando in scripturis fit mentio vocationis Gentium, debemus inde colligere consolatiōem, quod Deus velit hos etiam saluos facere, qui nō habent merita, si tamen fide apprehendant hanc consolationem.

Verbum consummans & abbrevians in iustitia.

Deinde citat Esaiam aduersus scandalum defectionis Iudæorum, & inquit, paucos ex Israhel saluos fore. Est enim sententia Esaiæ, Etia si magna fuerit multitudo populi, sicut arena maris, tamen pauci erunt salui. Nam reliquæ significant paucos & infirmos, qui ex clade aliqua sunt superstites. Et addit Esaias,

## COMMENT.PHIL·MEL.

consummatio abbreviata inundabit iustitiam.  
Consummationem & abbreviationem facia  
et Dominus &c. Sed Paulus ex græca ver-  
sione citat. Varie autem interpretationi sunt. Sed  
haec sententia est simplicissima, consummatio  
significat finem populi, & saepe pro magna  
clade accipitur. Sed Deus ita minatur exitium  
populo, ut simul addat consolationem. Hoc  
consummatio inquit, erat abbreviata. id est  
impedita seu mitigata, ne omnes perdat, qua-  
si dicat, Sic delebo populum, ne tamen om-  
nes pereant. & tunc exundabit iustitia, id est,  
copiose reuelabitur iustitia promissa.  
Veniet Christus sicut ait Daniel, & pecca-  
tum auferetur & iustitia sempiterna reuelabi-  
tur &c.

Item repetit Esaias. Quia Dominus faciet  
consummationem et abbreviationem, id est.  
Ita delebit populum, ut tamen mitiger cladem,  
& aliquos eripiatur. Hoc modo solet Deus pu-  
nire, ut in diluvio & alibi apparet. Ideo haec  
verba aliquoties repetuntur in Prophetis,  
qui addunt comminationi consolationem.  
Facile est autem interpretationem Septuagin-  
ta ad hanc sententiam accomodare. Verbum  
consumans id est res consumans erit, id est con-  
sumatio erit & abbreviation.

Aly

## IN IX. .CAP. AD ROMA

Alij exponunt verbum consumans & ab  
breuians de abrogatione legis, quod Evans  
gelium sit breve verbum, quia promittat ius-  
ticiam credenti in Christum sine lege seu o-  
peribus, seu meritis, Hæc sententia, & si vera  
est, tamen hoc loco videtur intempestiva.  
Vult enim Paulus ratiocinari ex Esaia, quod  
populus sit periturus, vult munire pios ad-  
uersus hoc scandalum, quod maxima popu-  
li pars non recipit Christum. Ideo citat dictum  
de consummatione, & consummatio signifi-  
cat interitum seu excidium, Atque ibi addit p=   
phera, tunc venturum esse Christum & exhi-  
biturum iustitiam & salutem, quare necesse  
est sequi, quod populus ita peritur sit, ut tas-  
men aliqui eripiantur & saluentur.

Alij sic interpretantur, consumatio certa seu  
constituta inundabit iustitiam. Hæc lectio ha-  
bet eandem sententiam, quod populus certò  
periturus sit, & tamen tunc iustitia exubera-  
tura sit. videlicet, quia Christus tunc ventur  
est & reuelaturus remissionem peccatorū &  
vitam æternam. Porrò si tunc exuberabit iu-  
stitia, ergo aliq in interitu populi erūt salui.

Iustitia exuberabit.

Dicit autem iustitiam exuberaturam esse,  
quia reuelabitur non iustitia legis, sed alia iu-  
stitia

## COMMENT. PHIL. MEL.

iustitia. Videlicet, q; gratis propter Christum  
Deo accepti simus, habeamus remissionem  
peccatorum, & vitam æternam gratis propter  
Christum. Alij sic interpretantur, perfecta  
sententia, inundabit iustitiam, quasi dicat pro  
pheta, Iustus iudex iustum sententiam ferat.  
Hæc interpretatio prorsus intempestiva est.

Quid igitur dicemus? Gentes,  
quæ non sectabantur iustitiam.

Hic addit præcipuam caussam, quare Ius  
dæi defecerint, videlicet, absterriti scandalis  
disputabant enim iniustum & absurdum es-  
se id, q; in Euangelio docebatur, non reputa-  
ri iustos homines propter cultus legis, & con-  
tra, homines reputari iustos propter Christū,  
fide, non propter bona opera. Videbatur esse  
impietas aduersus Deum detrahere cultibus  
legis iustificationem, & existimationem de  
cultibus minuere, ratiocinabantur, etiam hac  
doctrina dissipari vniuersam politiam, quia  
doceret non esse necessarios cultus legis ad iu-  
stificationem. Hæc scandalata nunc quoq; ab-  
stinent homines ab Euangelio. Manet enim  
iudicium rationis, manent ijdem errores om-  
nibus temporibus. Nam pleriq; homines po-  
litici nunc aduersantur Euangelio, primum  
quia iu-

## IN IX. CAP. AD ROMA.

quia iudicant impietatem esse aduersus Deum  
cultus Ecclesiasticos, & merita operum exten-  
nuare. Deinde quia putant dissipari politias,  
cum audiunt homines, quod cultus illi non  
iustificant, nec sint necessarij ad remissionem  
peccatorum promerendam. Ita haec duæ res  
pariunt summam odij acerbitatem, videlicet  
quod doctrina videtur esse aduersus Deum  
impia, & seditionis aduersus politicum statum,  
Nos autem muniamus nos aduersus haec scâ-  
dala testimonijs scripturæ. Paulus hic dis-  
cit aperte, Iudeos sectando legem non perue-  
nisse ad iustitiam. Quia senserunt quod De-  
us propter opera reputaret eos iustos. Habe-  
mus igitur hic manifestum testimonium, qđ  
Deus non reputat homines iustos propter o-  
pera. Nec enim possunt opera pacare consci-  
entiam aduersus iram & iudicium Dei. Sed  
fides, quæ apprehendit misericordiam pro-  
missam in Christo, erigit & consolatur con-  
scientiam.

Rursus igitur dicit Paulus, Gentes sine me-  
ritis consecutas esse iustificatiōem per fidem.  
Habemus igitur testimonium planum & per-  
spicuum, & grauissimam consolationem, qđ  
sine meritis reputemur iusti, si credamus in  
Christum.

Idem

## COMMENT. PHIL. MEL.

Idem docet sententia ex Esaia. Omnis qui credit in eum, non confundetur. Id est non punitur, non damnabitur, non reprobatur a Deo ad perpetuam ignominiam. Significat enim confusio iudicium conscientiae, in quo cernimus turpitudinem peccati, & pudet peccati, et sentimus nos damnari & reprobari a Deo. Hoc iudicium, hujus terrores vincuntur fide. Sicut inquit alibi Paulus iustificati fide pacem habemus.

*Ecce pono in Sion lapidem offensionis,*

Altera pars sententiae Esaiae citatur ad hoc, ut probet populum defectorum esse, & sub indicet caussam quod Christus sit futurus lapidis offensionis, quod homines offensi absurditate Euangelij defecturi sint a Christo, et aduersari Euangelio. Nam haec absurda offendebant Iudeos quod Christus non occupabat regnum mundi, cum ipsi Messiam expectarent, qui potitus esset imperio mundi. Item quod cultus legis dicebantur non esse necessarius ad iustificationem, quod reputarentur iusti homines propter Christum non propter meritum, si tam crederent. Haec etiamnam offendunt hypocritas, qui aduersant Euangelio.

CAPVT.

IN X. CAP. AD ROMA.

C A P V T .      X.

Fratres ex corde bene volo Israe  
elicis & pro eis deprecor ad salu  
tem.

**M**IHI noui instituit Paulus sed cō  
moratur in eo loco, quem paulo  
ante inchoauit, quod populus de  
fecturus sit, & quod ideo deficiat  
propter scandalum extenuatæ iu  
stitiæ legis. Nā infra addet plura testimonia  
de defectione populi. Ac initio addidit affe  
ctum. Nec enim fieri potuit quin acerbissi  
mum dolorem ei interitus gentis suæ attule  
rit. Sicut nunc non sine maximo dolore dissi  
ptionem Ecclesiarum videremus. Repetit au  
tem causam defectionis, videlicet scandalū,  
& dicit Iudeos errore peccare, quia habeant  
Zelum hoc est studium pietatis, sed sine iudic  
cio, quia errent de vsu legis. Putant enim le  
gem traditam esse ut iustificer. Nūc igitur ab  
sterrentur ab Euangeliō, quia Euangeliū do  
cet homines reputari iustos propter Christū,  
non propter cultus legis & opera. In  
banc sententiam, inquit Paulus, quod igno  
rense

## COMMENT. PHIL. MEL.

signarent iustitiam Dei, id est quam Deus approbat, & quod suam iustitiam velint defendere. hoc est, quod defendant iustos pronuntiari homines propter cultus & opera legis. Clare igitur exposuit Paulus, quae res praedictae Iudeos offenderit, Iterum autem oppositione claram sententiam de iustificatione.

Christus est finis legis ad iustitiam omni credenti.

Hæc sententia sic debet accipi simpliciter, Christus est finis, id est consummatio seu impletio legis, credenti, id est Is, qui habet Christum seu qui credit Christo, est iustus, & hoc quod lex postulat habet imputatiue, hoc est reputatur iustus, et si re ipsa non satisfecit legi. Quidam exponunt effectiue, Christus est consummatio legis, id est dat Spiritum sanctum ad faciendum legem. Hæc interpretatio, et si vera est, tamen hic est intempestiua, quia non reputamur iusti propterea quod legem faciamus, sed propter Christum, fide. Paulus autem hoc loco id agit ut doceat quomodo reputemur iusti. Ait igitur Christum esse consummationem legis, credenti, quia lex non accusat credentes in Christum. Reputantur igitur iusti, propter Christum, tanquam legi satis fecissent.

Molis

## IN X. CAP. AD ROMA

Moyses describit iustitiam quæ est  
ex lege.

Deinde addit Paulus collationem iustitiæ fidei. Ut clarius ostēdat quid sit iustitia fidei. Iustitiam legis sic describit inquiens, Moyses describit iustitiā legis, qui fecerit ea viuet ī eis, Quidam in hac sententia se torquent, & prescipue agitant particulam, Viuet in eis, quod lex habeat premia corporalia, & quod Paulus discernat iustitiam legis & iustitiam fidei penes præmia, videlicet quod opera ratiōis, & sine Spiritu sancto, habeant præmia corporalia, At bona opera facta per Spiritū sanctū habeant præmia æterna. Hæc tora interpretatio hic intempestiua & periculosa est. Nā summa collationis est in verbis Facere & Credere. Nec fit collatio præmiorum, sed disputatio hic est de ipsa forma seu causa formalī, nō de fine seu de caussa finali, Et docet qd sit iustitia legis formaliter, & quid sit iustitia fidei. Non igitur de premijs, nec refert utrum hæc sententia ciuiliter de corporalibus premijs æternis intelligatur. Nam lex debet utroq; modo intelligi, politice de externis operibus. & theologice de operibus verè & ex corde factis in renatis. Qui legi obtemperat ciuiliter, habet

## COMMENT. PHILIP MEL.

habet præmia corporalia, & si lex perfecte fieret in corde, haberet æterna præmia, verum nemo satisfacit legi.

Itaque meminerint lectores, omnio hic intem pestiuam esse disputationem de particula, vis uer in eis. Altera particula, Qui fecerit, est consideranda. & est hæc sententia. Iustitia legis est facere legem, nostra opera perfecta & munda totius legis deo reddere & persoluere, & ideo pectore ardere dilectione Dei, timere Deū, ab eo bona expectare & petere, gratias ei agere, & prædicare eius beneficia, sine concupiscentia esse, & pure diligere proximum. Ita docet Paulus quod iustitia legis sit hæc opera seu legem perfecte facere. Verum humana mēs ne quidem intelligit ista opera, quare nemo iustus est coram deo, propter legis impletionem, cum nemo impletat. Nemo viuit propter legis impletionem, cum nemo impletat.

**Iustitia quæ est ex fide, sic dicit.**

Sequitur descriptio alterius membrī, scilicet iustitiae fidei, Ne dixeris in corde tuo &c. Est autem sententia quod iustitia fidei querat & apprehendat misericordiam & sentiat nos reputari iustos non propter aliquid nostrum opus, non propter aliquam qualitatem in nobis

## IN X. .CAP. AD ROMA

bis, sed gratis proprium Christum, Ex quo satis  
apparet quod plurimum referat distingui fidem à dilectione. Item quare fides iustificet,  
non dilectio. Fides enim ideo iustificat, non  
quia est qualitas & nouitas quædā in nobis,  
sed tantum quia accipit misericordiam propter Christum. Sed illi qui docent homines reputari iustos dilectione, sentiunt eos propter suam qualitatem reputari iustos, non accipiādo misericordiam propter Christum.

Ne dixeris Quis ascendet in cœlum.

Paulus hic egregie depingit naturam fidei sumptis verbis ex Deutero. in quibus est antithesis incredulitatis & fidei. Et Moïses in generere loquitur de verbo & fide. Paulus autem applicat generale dictum de verbo & fide ad hoc verbum de Christo, & fide in Christum. Moïses sic dicit, Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cœlum? Id est Ne sis Epicureus, nec cogites Deum latere, nec curare humana, nec que exaudire homines. Item ne dicas, Quis transfretabit mare, id est ne cogites voluntatem Dei nusquam inueniri posse, nusquam apprehendendi posse, nusquam inueniri Deum posse ubi exaudiatur. Deinde addit. Sed prope est verbum id est certo statuas per hoc verbum dei, deum in hoc verbo inuenias.

## COMMENT. PHIL. MEL.

**I**fi, scias ei placere hunc cultum, qui in hoc verbo tibi traditur, scias quòd exauditus sit te per misericordiam. Ita Moïses in his verbis fidem requirit, ac docet. Et aptissimis figuris taxat impietatem humani cordis quod non potest affirmare quòd Deus curet nos, aut misereatur nostri, & somniat ea quæ de Deo discuntur fabulosa esse, & interim conatur Deum ratione querere, sicut Icaro menippus in fabulis subuolat in cœlum quesitur<sup>9</sup> quales sint dij.

Quanquam autem de eadem fide Moïses et Paulus doceant, ut ergo enim requirit ut credamus non modo esse Deum, sed etiam deum velle misereri, exaudire, & saluare, tamē paupers addit de Christo, videlicet quòd gratis propter Christum exaudiamur, reputemur iusti & saluemur. Nam Moïses in eo loco non fecit mentionem mediatoris, & dictum generaliter effertur, At Paulus transfert dictum ad verbum Euangeliū, in quo clare fit mentionem mediatoris, & clare ponit promissio de gratuita iustificatione.

Sic igitur inquit. Ne dicas in corde tuo quod ascendet in cœlum, id est primū ne sis Epicurus, Deinde ne dubites quin haec sit voluntas Dei. quòd velit nos saluare propter Christum

## IN X.CP.AD ROMA

stum. Si non credis quod velit nos saluare Deus propter Christum, detrahis eum de coe lo, id est negas eum regnare, Ideo enim regnat Christus, ut nos saluet.

Item ne dicas quis descendet in abyssum, id est ne cogites Epicuri more post mortem non restare aliam vitam. Deinde ne dubites de remissione peccatorum. Ne dubites quim homines à peccato & morte eripiantur per Christum. Quod si dubitatibus utrum homines per Christum eripiantur à peccato & morte, negabis Christum resurrexisse, hoc est finges Christum non esse victorem mortis & peccati.

Ad hunc modum in his figuris depicta est incredulitas humana, quae dubitat non solum utrum Deus curet humana, sed multo magis quod modo Deus velit ignoroscere aut saluare, postea conatur Deum operibus placare. Aduersus has dubitationes opponit Paulus haec verba de Christo, Qui dubitat utrum Deus velet saluare propter Christum, negat Christum regnare, quia Christus ideo regnat ut saluet. Qui dubitat remitti peccata, negat Christum victorem esse mortis. Ostendit igitur quod non sit querenda salus aut reputatio iustitiae propter nostra opera vel qualitatem no-

## COMMENT. PHIL. MEL.

stram, sed prop̄ Christum. Deinde postquam depinxit incredulitatem, subiicit de fide & iubet apprehendere verbum, offert reputacionem iustitiae, & salutem propter Christum.

Antithesis est harum partium, facere & credere. Facere significat nō solum opus nostrū, sed etiam qualitatem in nobis. Econtra crederē seu apprehendere verbum, est accipere misericordiam, quæ offertur propter Christū, hoc est, est sentire quòd accepti simus nō propter aliquam nostram qualitatem aut opus, sed per misericordiam propter Christum.

### Corde creditur ad iustitiam.

Ac sic accipi debent hæ particulæ, Verbum in ore, & corde credere, ut distinguantur contra particulam supra positam scilicet facere, ne intelligatur quòd ideo fide iustificamur, quia qualitas in nobis, sed quia apprehendit misericordiam. Sic ergo sentit Paulus, homines iustos reputari, si apprehendant verbum. Et addit diserte quale verbum sit apprehendum, videlicet Euangeliū de Christo, in quo offertur remissio peccatorū, iustificatio, vita æterna gratis propter Christum mediatorem, Ideo inquit, si confessus fueris Iesum esse dominum, hoc est mediatorem, victor-

## IN. X. CAP. AD ROMA.

rem mortis & peccati, quod propter ipsum, habemus patrem propicium &c. Est enim in voce domini emphasis. Sæpe autem hoc loco eadem sententia repetitur, Quare cum multa testimonia hic coaceruata sint, diligenter memoriam hunc locum, ut certius statuere possimus de Pauli sententia, quod hoc ipsum agat quod nos defendimus, videlicet homines reputari iustos, non propter impletionem legis, sed per misericordiam propter Christum, modo ut apprehendant illam misericordiam fidei.

Illud etiam memineris de verbo vocali q[uod] Moïses & Paulus de illo ipso verbo quod per homines sonat, loquuntur. Sic enim ait Moïses, Prope est verbum in ore tuo. Et Paulus inquit, quod prædicamus. Quare in tentationibus, nullum aliud verbū, nulla alia reuelatio querenda est, sed conscientia debet confugere ad hoc verbum quod in scripturis reuelatum & propositum & iam per homines prædicatum est, et debet certò statuere hanc verē esse voluntatem Dei. quæ in eo verbo ostenditur. Præterea ornatus hic locus, & commendat nobis ministerium verbi, ut sciamus non dari Spiritum sanctum sine verbo Dei,

## COMMENT. PHIL. MEL.

Ore fit confessio ad salutem!

Ex his verbis, corde creditur ad iustitiam,  
**Ore fit confessio ad salutem,** Quidam dispu-  
tant, opera tamen si non mereantur remissio  
nem peccatorum, mereri tamen vitam æter-  
nam, quia dictum sit, **Ore fit confessio ad sa-**  
**lutem.** Ad hoc respōdendum est, Paulum cer-  
tē hoc non velle, q̄ Confessio sit opus dignū  
vita æterna, quia tantum eam Confessionem  
probat, quæ sit cum fide. Fides autem sentit  
nullum opus esse dignum vita æterna, & ac-  
cipit certò vitam æternam propter Christum.  
Si enim vita æterna propter opera nostra da-  
tur, conscientia nunq̄ esset pacata, nunq̄ in-  
ueniret opus sufficiens, & dignum retanta.  
Ita necesse esset eam tandem desperare. Ideo si-  
cuit op̄ortet sentire, q̄ propter Christum iusti-  
reputemur, per misericordiam, ita necesse est  
sentire, q̄ p̄ropter Christum detur vita æter-  
na, per misericordiam. Sicut scriptū est, Qui  
credit in Filiū, n̄ habet vitam æternam. Facile  
igitur ad omnia loca de operibus hoc modo  
responderi potest, q̄ non probentur opera, ni-  
si cum fide. Iam fide s̄ sentit nullum opus dia-  
gnūm esse vita æterna, sed accipit vitam æter-  
nam, per misericordiam, n̄ propter Christum.  
Ideo contradictione est sim, ul tribuere fidem ali-  
cui,

## IN X. CAP. AD ROMA.

cui, & sentire, q[uod] opera digna sint vita æterna.  
Paulus autem ideo sic loquitur, Ores fit confessio ad salutem, vt testetur se requirere non  
hypocrism fidei, sed vitam & firmam fidem

Omnis qui credit in eum, non  
pudet.

Omnis qui credit in eum, non pudet. Intelligitur credere semper eodem modo, sicut  
supra, pro eo, q[uod] est accipere misericordiam  
promissam, seu sentire, q[uod] per misericordiam  
propter Christum gratis sit nobis Deus propius.

Non est enim distinctio Iudæi,  
vel Græci.

Hic redit ad disputationem supra institutam, de recipiendis Gentibus, & addit sententias ex Prophetis, quæ testantur paucos ex Iudeis credituros esse.

Omnis qui inuocauerit, nomen  
Domini, saluus erit.

Inserit gradationem, in qua exponit ordinem, quomodo consequamur beneficium Euangeli, vt iusti reputemur, scz per ministerium Euangeli. Ac primum docet de inuocatiōe, quod non prospicit sine fide. Hic locus diligenter ob

## COMMENT. PHILIP MEL.

ter obseruandus est contra impios cultus, in quibus fit inuocatio sine fide, sicut aduersarij nostri de missa & alijs cultibus docent, quod proslint ex opere operato sine fide. Sed hacim piam opinionem reprehendit hic locus, Quo modo inuocabunt in quem non crediderunt Item Iohannis. iij. Adorabunt patrem in spia ritu & veritate, id est vero corde. Necessaria igit est fides in oratiōe seu inuocatione, quae credit quod propter Christum pontificem ex audiamur.

Deinde quomodo credent si non audierit, Et infra, Fides ex auditu est, auditus per verbum Dei. Hic clare testatur fidem concipi ex predicatione Euāgelij. Nam Spiritus sanctus mouet et impellit corda per verbū, quia Deū creat & operatur verbo. sicut Psalm, inquit. Dixit & facta sūt. Et testimonia hæc citata ex Esaia & psalm, loquuntur de vocali prædicatione. Ergo et auditus hic de auditu vocis externæ intelligi debet. Nec est amphibologia facienda vocabuli auditus, Est & hoc obseruandum quod improbat humanos & factios cultus, cū improbat inuocationem sine fide, et de fide requirit verbū Dei, cū ait. Quo modo credent nisi audierint: quomodo prædicabunt, nisi missi fuerint, hoc est nisi à Deo verbū

## IN. X. CAP. AD ROMA:

Verbum eis traditum fuerit: Quare cultus  
sine verbo Dei, instituti sunt sine fide.

Quam speciosi pedes:

Locus Eliae extat in Capite.li. Vbi vas  
ticipatur de prædicatione Euangeliū. Citatur  
autem ad probandum quod Deus missurus  
sit nouum verbum. Nam impij Iudei regnū  
Chrī nō de nouo verbo intelligebāt, sed tñ  
de occupando Imperio mundano. Ideo neces  
se est prophetas docere, quod regnum Christi  
allaturum sit nouum quoddam verbū, præ  
ter legem & extra legem. Ideo inquit, specio  
si pedes, ut significet nuncios, adferentes ver  
bum, non gerentes imperium ciuale aut mu  
tantes imperia mundi, sed docet nūcios fore,  
hoc est ministros verbi. Et addit quale verbū  
prædicaturi sint, Euāgelizantiū pacē, hoc est  
remissionem peccatorum, & reconciliationē  
eum Deo. Hoc igitur est nouū verbum per  
Christum reuelatum & per apostolos prædi  
catum. Sicut & Ioannes ait, Lex per Moisen  
data est, gratia & veritas per Christum &c.  
q.d. Lex est prædicatio iræ & terroris, arguit  
peccata, & requirit nostram perfectionem.  
Sed Euangelium adfert remissionem peccato  
rum, & docet nos iustos reputari per miseri  
cordiā propter Christum, non propter legē.

Z v

Hæc

## COMMENT. PHIL. MEL.

Hæc vox consolatur & erigit afflictas mentes. Ideo verè sunt grati, iucundi, speciosi pedes annunciantium pacem &c. Nam mudo, qui odit Euangelium, hñ pedes maxime offendit. Nullius doctrinæ genus magis excedatur mundus, quam Euangelium. Alij iudicant doctrinam impiam esse. Alij irritant tanquam extremam stultitiam. Itaque nullum hominum genus maiori in odio est, quam hñ nuncij qui hanc doctrinam adserunt.

Commendat autem & hic locus ministerium verbi, quia loquitur de nuncij. Et ornat pedes insigni epitheto, significant enim nuncios pedes. Quam speciosi pedes inquit. Porro ijs qui ministerium verbi contemnunt, his pedes seu nuncij etiam contemnuntur. Nos autem sciamus hos pedes amandos esse, & a sapientia nuncios Euangeli consolationem & vitam querendam esse. Et quia hic traditur ordo quomodo fides concipiatur, habemus testimonium aduersus fanaticos Spiritus qui contempto ministerio verbi, volunt sanctificari per alias quasdam illuminationes &c. Admonemur etiam ut in terroribus ac periculis sentiamus hoc ipsum verbum. quod legitimus

## IN XI. CAP. AD. ROMA.

gimus, quod audimus ad nos pertinere, in  
hoc verbo nobis offerri consolationem, no  
queramus nouas illuminationes.

## CAP. XI.

Num reiecit populum suum deus?  
Nequaquam, Ego enim Israëlite  
sum.

**R**ATIO ab exemplo. Ego sum Is  
raelite, & tamen credidi, & con  
secutus sum remissionem peccas  
torum, & Spiritum sanctum, igi  
tur populus non est abiectus. Secunda ratio  
ab exemplo temporum Heliæ sumpta est. Si  
cum Heliæ temporibus supererant electi qui  
dam, ita & nunc supererunt quidam electi.  
Promissiones enim non sunt irritae, constat au  
tem promissiones factas esse filijs Abrahæ.

Si autem ex gratia, iam non ex opes  
ribus,

Addit amplificationem seu potius occupa  
tionem

## COMMENT. PHIL. MEL.

tionem de causa electionis. Ne quis putaret  
illos esse populum, qui habeant merita & op-  
era legis. Et clare dicit, misericordia esse cau-  
sam electionis. ut hoc quod supra dictum est  
teneamus, misericordiam certam esse, et salua-  
ri homines si misericordia fide apprehendat.  
Deinde de reliquis loquitur, qui misericordi-  
am aspernantur & requirunt merita, & ope-  
ra. Hos inquit habere spiritum compunctionis,  
hoc est, Animum iratum et exacerbatum  
odio Dei atque Euangeli. Quia enim vident  
hypocritae iustitiam legis extenuari, cum Eu-  
angelium docet homines non reputari ius-  
tos lege. Primum iudicant ledi gloriae Dei,  
quia extenuetur cultus Dei. Deinde iudicant  
& politiam iudaicam dissipari negligitis cul-  
tibus. Sicut nunc acerbissime oderunt Euangeli-  
um hypocritae, vociferantur extenuari  
Missam, & alia opera. Vociferantur dissipar-  
i res publicas, quia ordinationes, cultuum  
mutentur. Ita accusant Euangelium impie-  
tis & seditionis, quae sunt duo summa crimi-  
na. Et haec falsa persuasio inflamat animos  
magnorum hominum, qui non norunt Euangeli-  
um, ut acerbissime oderint. Id odium hic  
vocat spiritum compunctionis.

Oculos

## IN X. CAP. AD ROMA.

Oculos ne videant.

Deinde addit pœnam impietatis, nempe cœcitatem, ne posint resipiscere. Et quod ait, Fiat mensa eorum in laqueum. Mensa significat doctrinam ipsorum, in qua querunt consolationem. Est enim sententia, Doctrinam eorum & opinionem eorum fore ipsis laqueam, hoc est fore eis occasionem pertinaciæ & exitij. Id in Iudæis accidit, qui confisi iustitia legis, non querebant Christum, quare condemnati sunt, postea etiam ob eadem caussam corporaliter perierunt. Quia enim judicabant se populum Dei esse propter legem, hac opinione confisi libertatem & regnum sperabant, et bellum mouebant aduersus Romanos. Fuit igitur eis exitio, hæc persuasio sumpta ex legge, quæ essent populus Dei. Ad hunc modum exitio sunt impijs doctrina & opiniones eorum. Et hæc comminationes nos quoq; molestant, ne Euangelium contemnamus, qd qui contemnunt magis magisq; excoecantur, ut postea ruant corporaliter & spiritualiter.

Nunquid sic offenderunt ut caserent? Absit.

Propositio repetitur, Non ita impegerunt Iudæi,

## COMMENT. PHIL. MEL.

Judæi, ut tota gens periret. Ratio est argutissima cogitata, quæ etiā sententiam habet facilem & planam. Tamen interpretes eam propter breuitatem sermonis, non satis assecuti sunt. Est autem hæc argumenti summa. Confirmat Iudæos non esse prorsus reiectos. Et sumit argumentum ex causa finali receptionis Genitium, hoc modo.

Gentes receptæ sunt, ut Iudæi prouocentur ad credendum, cum viderint Euangeliū in Gentibus esse efficax. Igitur necesse est aliquos esse reliquos inter Iudæos, qui creduntur sūnt. Quorū opus esset prouocare Iudæos: si nulli credituri essent.

Cum ruina eorum fuerit diuitia mundi, & lapsus eorum diuitia Gentium, quanto magis incolumentas eorum profuit.

Postquam argumentum à causa finali sumptum, posuit, iam addit correctionem, quasi dicat, & si Iudæorum defectio occasio fuit, per quā Gentes receptæ sunt, tñ causa verè fuit illa, quod aliqui electi inter Iudæos reliqui sunt. Ut si quis dicat, Etsi morbus occidit

## IN XI. CAP. AD ROMA

casio est curationis, tamen spes sanitatis verè  
causa finalis est curationis. Quis enim postus  
let se curari, si nulla spes sit reliqua salutis. vo  
cat igitur πληρωμα incolumentem, quod vi  
delicet quedam gentis pars adhuc incolumis  
est, hoc est, quæ et si lapsa est in præsentia, ta=men ad Euangelium reditura est. Huius pro= vocatio inquit est caufsa finalis, quare Gentes  
receptæ sunt. Iam si qui sunt prouocandi, Er=go non est existimandum totam gentem pes= risse. Hæc interpretatio apposita, simplex, &  
plana est, ac cætera, quæ sequunt, ad eam apte  
quadrant.

Vobis enim dico gentibus quo= niam Apostolus sum Gentium.

Rationi sumptæ ex caufsa finali addit ex=emplum suum. Ego inquit, hoc magis labo=ro apud Gentes, ut prouocem Iudæos ad cre=dendum. Cum enim viderit Euangelium in=ter Gentes efficax esse, inuitabuntur aliqui, ut credant & ipsi. Hoc est quod ait, Glorifico ministerium, id est, doceo Euangelium fide=liter, & cum magna gloria Dei, ut carnem meam prouocem, id est, Iudæos. Et applicat exemplum ad rationem supra positam. Non profuit gentib<sup>9</sup> ruina Iudæorum, sed magis hoc

## COMMENT. PHIL. MEL.

Hoc profuit, quod aliqui Iudei reliqui, erant  
prouocandi ad fidem. Hoc est quod ait, si reie-  
ctio Iudeorum esset reconciliatio mundi, per  
inde esset acsi quis diceret mortem esse causa  
sanam vitae, haec enim Ironice sunt accipienda,  
qua si diceret, Absurdum est dicere, quod in-  
teritus Iudeorum alios reconciliauerit Deo.  
Sicut absurdum est dicere, mortem esse causa  
sanam vitae, cum nihil magis pugnet cum vita  
quam mors, Ita cum interitus Iudeorum sit  
res mala, non fuit verè causa quare gentes res-  
ciperenitur. Sed illa potius fuit causa, quod a  
Iudei reliqui erant prouocati, ut crede-  
rent Evangelio.] Haec interpretatio plana &  
facilis est, & intelligi potest. Alij sic enarrant  
ut vix diuinari possit quid velint.

Cum primitiae sancte sint, massa  
etiam sancta est, & cum radix  
sancta sit, rami quoque sancti  
sunt.

Secundum argumentum, quod gens Iude-  
orum non sit reiecta, Quia radix est sancta, er-  
go et rami. Id est promissio est facta patribus,  
quae est immutabilis, ergo ad stirpem & po-  
steros pertinet. Etiam si quidam non credunt,  
tamen aliqui consequentur promissionem.

No

## IN XI .CAP, AD ROMA

Ne superbias contra ramos.

Deinde addit apostrophen, & adhortatio-  
nem ad Gentes, ne insolecant aut glorientur  
contra Iudæos carnali fidutia, freti suis ope-  
ribus aut meritis, q̄ iam sīt̄ populus Dei, Si  
eūt̄ impij Pontifices solent iactare se esse Eccle-  
siam, & haec fidutia freti, somniant se nō posse  
perire, Hanc fidutiam damnat Paulus, & va-  
ticinatur de ruina Ecclesiæ Gentium, quam  
bonitat primum horribiliter dissipatam esse p̄  
hæreticos. Postea in oriente penè totam dele-  
tam per Mahometum & Tūrcas, In occidente  
iacer Ecclesia oppressa impijs doctrinis & im-  
pijs cultibus, videlicet horribili & sacrilega  
prophanatione missæ, per quam promittunt  
hominib⁹ salutem ex opere operato, abiecta  
in totum doctrina de fide, & iustitia fidei, in  
Christum. Ac nos quoq̄ inter hæc scandala,  
consolari debemus, sicut hic Iudæos Paulus  
consolatur, qđ ramen oporteat aliquam esse  
Ecclesiam inter Gentes. Quia p̄missio est im-  
mutabilis, in qua Christus pollicetur Ecclesiæ  
am semper futuram esse.

Non enim volo vos ignorare fra-  
tres, misterium hoc.

Addit & vaticinium de cōuerstione Iudæ-  
orum

## COMMENT. PHIL. MEL.

orum, q[uod] v[er]o s[ecundu]m ad finem m[od]i subinde aliqui  
conuerti debeant. Et citat Elaiam, qui testatur  
Iudaeos non esse abiectos, sed aliquos esse re-  
liquos, qui consequuturi sint remissionē pecc-  
atorum. Est enim hoc dictum propterea ma-  
xime obseruandum, quia clare dicit in novo  
Testamento prædicandum esse, remissionem  
peccatorum.

Secundum Euangelium inimici  
propter vos.

Conclusio est, Iudei sunt inimici Dei, qua-  
tenus in praesentia persequuntur Euangeliū.  
Transfert autem rhetorice caussam in Gentes.  
Propter vos inquit, id est, ut sit occasio recipi-  
endarum Gentium. Et tamen quia in populo  
aliqui sunt electi, non est repudiata gens. Sed  
adhuc sunt amici propter Patres, propter pro-  
missiones factas patribus. Addit rationem ex  
generali sententia, quia vocatio & dona Dei,  
id est promissiones Dei sunt immutabiles.  
Porro Iudei habent promissiones Dei, habet  
igitur aliquos electos.

Conclusit Deus omnia in incre-  
dulitatem, ut omnium misereas-  
tur.

Epiphonema, Conclusit Deus omnia in in-  
credulitatem

## IN XII.CP.AD ROMA

credulitatem, ut omnium misereatur. Hic vero triusque partis causas exequat, detrahit virisque fidutiam operum & merita, & ingentem confirmationem proponit, quod nulli alio modo nisi per misericordiam saluentur. Ergo sola fides saluat, quia sola fides apprehendit misericordiam, non propter merita nostra, sed propter Christum. Praeterea est & haec consolatio terroribus peccati opponenda, quod peccatum cum alioqui sit signum irae Dei, transfert ad significandam misericordiam. Atque ideo detrahit nobis meritum, ut misericordia fiat certa. Quia si misericordia ex nostris meritis pendet, esset incerta. Quare ait, Conclusit nos, non ut perdat, sed ut nostri misereatur. Proinde detrahit nobis merita, ne fidutia meritorum nostrorum freti, non queramus misericordiam, aut ne amittamus misericordiam, cum in iudicio Dei experimur merita nostra non sufficere.

O altitudo diuinitarum sapientiae & scientiae Dei.

Addit exclamationem, quae continet admirationem, videlicet, quod mirabiliter Deus gubernet Ecclesiam suam, contra iudicium rationis, paucos nec sapientia, nec potestia

## COMMENT. PHIL. MEL.

tentia, nec iustitia præstantes vocet ad Euangeliū. Et ecclesiam ita abscondat, ut nulli minus videantur esse populus dei, quā qui verē sunt. Significat enim Aꝝ postolus non esse quærendas cauſas horum arcanorum, sed verbo dei obediendum esse.

## CAP V T. XII

**H**AC tenuis tradidit Paul⁹ doctrinā Euangeliū, q̄ propter Christum si de reputemur iusti coram Deo, non propter dilectionem nostram, aut opera. Atq; hic est præcipuus et proprius Euangeliū locus, qui nobis semper in conscientia esse debet, qui gloriam & officium Christi nobis ostendit, & pauidas conscientias erigit, & cōsolatur. Nam alijs, qui docēt homines reputari iustos propter opera, relinquit conscientias incertas, virum Deo placeant nec netas. Hæc dubitatio est vera desperatio, & impieſtas. At hæc sola doctrina Pauli de fide, certas reddit conscientias, q̄ certò placeant propter Christum, non propter propriam qualitatem aut ope-

## IN. XII. CAP. AD ROMA.

aut opera, si modo credant, q̄ propter Christum Deo placeamus. Adfert igitur firmam, & certam consolationem.

Nonnulli tantum hanc extremam pagellā Pauli, quæ continet præcepta de bonis moribus, seu doctrinam legis, censem his temporibus lectu dignam esse, superiora omnia, iudicant esse ~~tales~~ & nihil pertinentia ad Ecclesiā horum temporum, quia nihil contineant nisi ritus de iudaicis cæremonijs, sed lōge ab hac opinione abducendi sunt animi piorum. Nā hi qui nihil quærunt in Euangēlio nisi leges, & præcepta de bonis moribus, non satis perspiciunt, quid sit Euangēlium, Lex per Moysen reuelata est, inquit Iohannes. At hæc in ipsis hominum mentib⁹ diuinitus scripta est. Norant igitur & Gentes legem, norant præcepta de bonis moribus. Habebant sapientissimos legum Iatores, Solonem, Decemuiros, & alios magnos ac præstantes Principes, qui constituerunt respublicas, & societatem humanaam optimis atq̄ honestissimis legib⁹ deuinxerunt, ac munierunt. Habebat Poetas ac Philosophos, qui & honesta præcepta tradiderunt, & in natura cauſas illorum præceptorum ostenderunt. Quare non ob hanc causam præcipue venit Christus, vt traderet præcepta

## COMMENT. PHIL. MEL.

cepta de moribus, nec Apostoli ob hanc causam præcipue missi sunt ad docendas gentes, sed ideo venit Christ<sup>o</sup>, ut hostia fieret pro nobis, & doceret remitti nobis peccata, & recōciliari Deum, nos reputari iustos, nobis donari vitam æternam propter ipsum. non propter nostra opera. Hoc Euangelium spargunt in mundum Apostoli. Et sicut hoc Euangeliū ad Ecclesiam omnium ætatum pertinet. Ita superior Epistolæ pars ad Ecclesiam omnium temporum pertinere iudicanda est. Nam ille locus Euangelij proprius ac præcipuus ibi illustratur, Id enim proprium Apostoli munus est, patefacere atq[ue] illustrare hunc locum qui in doctrina noui testamenti præcipuus est, quem et si prophetæ complexi sunt, tam Christus & apostoli magis perspicue docent. Nec disputat Paulus tantum de Judaicis cæsericordiam iusti reputemur, non propter operam,

Ei de hac doctrinæ parte nihil suspicari ratio hominis potest. Lex autem de ciuilib<sup>o</sup> moribus rationi nota est. Ideo in legibus ethnico rum, & apud poetas ac philosophos extant præcepta similia horum, quæ reperiuntur in Apostolorum scriptis. docent enim Apostoli

ciuiam

## IN. XII. CAP. AD ROMA.

etiam legem, sed non solam legem, nec præcep*tum* missi sūt ad legem docendam, sed ad docendum Euāgelium de Christo, quod humanae rationi ignotum est. Ac, dicam enim pace quorundā supersticioſorū Philosophi et legum latores multo aptius et clarius descripſerunt præcepta omnium ciuilium officiorū, quam Apostoli. Tradiderunt enim methodos, queſiuerunt fontes & cauſas præceptorum in natura, distribuerunt ordine virtutū genera, affinia, & pugnantia, ut non sit mirū hos, qui in Euangelio nihil tradi iudicant, ne si præcepta morum, longe præferre philosophorum libros Euāgelio, in quo illa neque ordine, neque satis distincte tradi videntur. Sed philosophi sunt artifices harum disputationū de moribus, Apostoli aliud maius negotiū tractant, videlicet Euangelium de beneficijs Christi. Et tamen quia etiam legem docere coguntur, incurruunt ſæpe in eadem præcepta, quæ apud poetas & philosophos reperiuntur. Nam honesta præcepta apud poetas & philosophos, pars ſunt diuinæ legis de ciuibibus moribus, quam ob causam venerari & amare debemus, etiamsi legantur apud ethnici. Neque enim Apostoli, cum præter a iiiij Euangelium

## COMMENT. PHILIP MEL.

Evangeliū tradunt legem de mōribus, aliam legem docent quam quæ reperitur etiam apud ethnicos. Una est enim lex Dei de mōribus quæ et in decalogo perscripta est. et traditur à magistratibus & philosophis. Imò leges ciuitatum, & libri philosophorum verē sunt commentarj decalogi, secundæ tabulæ.

Sed hoc interest inter Apostolos & philosophos, primum quod philosophi non docent Euangeliū, Secundo interest etiam q̄ ad legem attinet. Nam philosophi nihil docēt de prima tabula decalogi, hoc est de vero cultu Dei, de cruce de fidutia auxiliij diuinij, de invocatione Dei, tantum tradunt officia ciuitalia secundæ tabulæ. Hæc duxi hoc loco admōnendos esse imperitos, si qui forte mirantur, quare Apostolorū scripta sic veneremur, cū virtutes aptius apud philosophos descriptæ legantur, vt sciant & aliud genus doctrinæ ab Apostolis requirendū esse q̄ præceptis morum, & philosophorum doctrinam de præceptis morum non aspernandam esse, verū et ipsam, quandam legis diuinæ partem esse, nec improbari ab Apostolis. Imò ex eadē diuina lege Apostolos multas sentētias sumere philosophicarum similes.

Supra autem dictum est, hos etiam qui

## IN. XII. CAP. AD ROMA:

qui in Christo renati sunt, legem habere, non  
ut per opera legis quærant iustificationem  
coram Deo, sed ut faciant legem, reddituri  
Deo cultum aliquem, postquam fide facta  
sunt filij ac populus Dei. Ideo incipit hic  
Paulus concionari de operibus, de vero cul-  
tu, atq; hostijs Christianorum. Illud aus-  
tem meminerit lector, quod sæpe iam dixis-  
mus, renatos in Christo reputari iustos non  
propter illam legis impletionem, quæ sequit  
ur renouationem, sed propter Christum fis-  
te. Nec enim Christo detrahendus est honos  
mediatoris. Et conscientiae sanctorum nun-  
quam essent tranquillæ, si sentire deberent se  
oportere per sua opera, seu impletionem les-  
gis mereri, ut iusti reputentur, cum enim les-  
gi nunquam satisfacimus, futurum esse, vt  
nunquam sentirent se hadere Deum propitiū  
Sed de hac re supra copiose dictum est in Cap.  
iiiij. nunc tantum admonere lectorem vo-  
lui.

Addendum & hoc est, cum illa fidus-  
tia misericordiæ sit præcipuus cultus Dei.  
Vult enim pater coli hoc honore, vt credam  
in filium, semper in omni vita crescere debet,  
Et omnes afflictiones, omnia opera Christiano-  
rum debent huius fidei & exercitia esse.

## COMMENT. PHIL. MEL.

et confessio, ut inter haec exercitia crescat, & erigat se fides, & consolationem & vitam æternam fide concipiamus. Ideo Apostoli ita tradidunt legem, ut simul admoneant de fide. Id in his præceptis Pauli clare apparet.

### Methodus præceptorum.

Prodest autem docendi causa methodum præceptorum quærere, ut omnia complecti discentes possint, sicut in alijs artibus methodus traditur, ut summa cuiuscq; artis comprehendendi possit. Quanquam autem philosophi virtutum methodos erudite informaverunt, tamen cum de externis operibus acciuis libus tantum disputatione, nos sumemus decalogum, qui profecto est aptissima method⁹ virtutum vtriusq; generis, videlicet & harum quæ continent affectus erga Deum, & illarum quæ ciuitalia officia gubernant. Vbicunque igitur legimus præcepta vel apud Apostolos, vel apud philosophos ac poetas, menteant adolescentes, ea ad decalogum referenda esse. Hic fons est omnium legum, omnium honestorum præceptorum, & omnium virtutum. Ita facile totam doctrinam honorum operum ac bonorum morum complecti animo poterunt.

Nec Paulus hoc loco temere concessit præcepta

## IN XII. CAP. AD. ROMA.

cepta, id quod ordo ostendit. primū enim tradidit præcepta priuatæ vitæ in Capite duodecimo. In xiij tradit p̄cepta vitæ politicæ, in xiij docet de v̄su cæremoniarum. Quare caput duodecimum & iij. Christianorum continet. Caput. xiij. πολιτικὰ. Caput xiij. ιπατικὰ. Fācile autem intellectu est hæc tria suinma esse operum genera, ad quæ actiones omnes in vita referri possunt. Porrò inter enarrandum ostendam, quæ sententiæ, ad quem decalogi locum pertineant.

Obsecro autem vos fratres, propter misericordiam dei ut exhibeatis corpora vestra, hostias viuas.

Initio proponit Paulus ut hostias offeramus corpora nostra. Quod autem v̄sus est hac figura, ut hostias offeramus appareat easdem præcepta aliter philosophos, aliter Apostolos tradere. Quia philosophi nō docent de cultu Dei, Apostoli autem addunt primam tabulam omnibus præceptis operum, & docent opera ad gloriam Dei facienda esse, & simul de timore Dei, & de fidutia erga Deum docent. Populus Dei debet habere sacerdotium, & sacrificia seu cultus Dei. Quia oportet esse certa opera per quæ agamus gratias

## COMMENT. PHIL. MEL.

gratis Deo. Oportet & extare manifesta testimonia & signa fidei nostræ coram mundo, ut & alij ad credendum Deo inuitentur. Cū igitur Christiani sint populus Dei. Paulus initio admonet eos qualia habeat sacrificia, quæ cultus, Sicut & petrus inquit, quod fadentes facti simus, & addit qualia sacrificia habere debeamus, cum ait, Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus proprius, ut virtutes eius annuncietis, quod vos ex tenebris vocauit ad admirabile lumen. Hoc tribuit nobis sacrificium, ut virtutes dei annunciemus, hoc est, ut prædicemus Euāgeliū et potentiam Euangelij, & nostræ fideli testimonio, et exemplis inuitem⁹ alios ad Euāgeliū. Ita & hic Paulus tribuit nobis sacrificiū videlicet afflictiones et bona opera. Hæc enim comprehendit cum ait, prebere corpora vestra hostiam, hoc est, Sustinetis afflictiones, et facite bona opera. Sed hæc ita fieri postulat, ut sint sacrificia, Tunc autem fiunt sacrificia cum accedunt hi fines, ut Deo reddatur gratia, ut cōfessionis exemplum ostendatur, ut nostro exemplo alij commonefacti, inuisitetur ad timorem Dei, et ad credendum Deo, Hi fines ex operibus efficiunt sacrificia. Porro Confessio et gratiarum actio pertinent ad secundum

## IN XII. CAP. AD ROMA.

cundum præceptum decalogi. Sed ut intelligi possit, qualia debeant esse sacrificia Christi anorum, quædam hic addemus.

Valde prodest tenere discrimen sacramenti et sacrificij. Nec fingimus ipsi inter hæc discrimen, sine autoritate scripturæ. Necesse est enim discernere opera Dei erga nos, quibus Deus nobis aliquid offert. & quæ sunt signa promissionum. Et opera nostra erga Deum, cum non offert Deus nobis, sed nos potius Deo offerimus. Sit igitur Gen<sup>9</sup> cæremonia vel auctoratio, Species sacramentum & sacrificium. Sacramentum est opus Dei, quo offert Deus nobis remissionem peccatorum. Sicut baptismus opus Dei est, quo nos Deus baptizat, videlicet minister vice Dei, & offert remissionem peccatorum, & iustificationem. Sic in coena Domini exhibet nobis Christus corpus & sanguinem suum, ut testetur se pro nobis datum esse, ut propter ipsum habeamus remissionem peccatorum, & reputemur iusti. In his cæremonijs satis appareat Deum agere, nos pati. Deum offerre promissa, nos accipere. Nihil autem prosunt hæ cæremoniæ nobis nisi si de accipiamus promissa. Nam hæ cæremoniæ sunt signa promissionum, promissio autem requirit fidem,

Econtra

## COMMENT. PHIL. MEL.

Econtra, sacrificium est opus, qd nos Deo reddimus seu offerimus vt eo opere honorem ei habeamus, hoc est, testemur nos eum agnoscere tanq; Deum. Dux autem primæ species sacrificij sunt, nec sunt plures. Una species, Sacrificium propiciatorium. Altera, Sacrificium laudis, seu ἱναπισικόν. Et in has duas species, tanquam in classes certas, distribui possunt omnia sacrificia Levitica, ut propiciatoria vocantur hæc, Sacrificium pro peccato, Sacrificium pro delicto, holocaustum. Illa vero erant ἱναπισικά, oblatio, libatio, retributiones, primitiae decimæ.

Sacrificium propiciatorium est opus quod meretur alijs remissionem peccatorum, seu quod est satisfactio pro peccatis aliorum, & precium propter quod Deus certò remittit culpam & pœnam.

Sacrificium ἱναπισικόν est opus, quod nos reddimus Deo, ut eum honore afficiamus, hoc est, ut testemur nos agnoscere eum, tanq; Deum, ut pro beneficijs agamus gratias, idq; non meretur reconciliationem, Quia tantum sit à reconciliatis, qui iam accepto beneficio gratias agunt.

Quanq; autem in lege quædam dicuntur propria

## IN XII. CAP. AD ROMA

propiciatoria, propter significationem, non erat enim futuram propiciationem, scilicet mortem Christi. Ideoque similitudine quadam erant propiciatoria, videlicet, quia redimebant iustitiam legis, hoc est, Ne quis qui peccauerat, excluderetur ex politia Moysi, seu quia reconciliabant populo, non Deo. Tamen reuera non erant propiciatoria, ad promerendam remissionem peccatorum coram Deo. Sed tantum unicum in mundo fuit sacrificium propiciatorium coram Deo, videlicet passio & mors Christi. Hoc copiose probat Epistola ad Hebreos, & addit. Impossibile est sanguinem taurorum aut vitulorum auferre peccata. Et paulo post de Christo. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis eius. Et Esaias interpretatur sacrificia legis, & clare dicit restare aliam hostiam pro peccatis, ut significet cærimonias legis non tollere peccata. Sic enim ait, Postquam posuerit animam suam hostiam pro delictis, videbit semen Iogænū. Docet igitur aliam hostiam pro peccatis restare, ut intellegent homines non tolli peccata cærimonias legis. Item ut Deum intelligeret reconciliari non propter nostra merita, sed propter aliena merita, videlicet propter venturam hostiam. Sancti autem in populo his vtebantur

cæres

## COMMENT. PHIL. MEL.

cæremonijs in lege, tanq; Sacramentis, hoc est  
signis venturi Christi in fide, aut certe cultus  
illos præstabant tanq; sacrificia lux Christi

Cum autem tantum sit vnicum sacrificium  
propiciatorium, necesse est reliqua omnia eu-  
charistica esse, hoc est, non satisfactiones pme-  
rentes remissionem peccatorum, sed opera fa-  
cienda à reconciliatis ad gratiarum actionem  
& confessionem fidei. Ideo sceleste errant isti,  
qui fingunt Missam esse sacrificium propicias-  
torium, hoc est, mereri remissionem peccato-  
rum facienti, & alijs ex opere operato, hoc est  
sine motu bono vtentis. Hanc pharisæicā opi-  
nionem, & damnatam in Prophetis, & alijs  
scripturis, procul fugiamus, & sic iudicemus  
nullum esse sacrificium propiciatorium, hoc  
est, q; mereatur remissiōem peccatorum alijs,  
præter vnam mortem Christi, tum in Nouo  
Testamento, tum Veteri. Deinde nullum esse  
sacrificium noui Testamenti sciamus, q; ex os-  
pere operato, sine bono motu vtentis valcat.  
Quia Christus dicit, Veri adoratores adora-  
bunt patrem in spiritu & veritate. Et Psalmo  
xlix. repudiatis victimis & externis cultibus  
alijs requirit inuocationem, Nunquid man-  
ducabo carnētauorōū, Inuoca me in die tri-  
bulationis, &c. Hic docet hunc esse verū cul-  
sum

## IN XII .CAP. AD ROMA

tum, verum honorem, ex corde inuocare. Itē  
Psalmo. xxxij. Sacrificium & oblationem  
noluisti, Aures autem aperuisti mihi, id est,  
verbum mihi proposuisti, quod audirem,  
& requiris, ut corde credam verbo tuo, &  
promissionibus tuis, quod verè velis misere-  
ri, opitulari, &c. Psal. I. Holocaustis non de-  
lectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribu-  
latus, &c. Item Psalmo. iiij. Sacrificate sacri-  
ficiū iustitiae, & sperate in Domino. Iuber-  
sperare, & dicit id esse iustum sacrificium, si-  
gnificans cætera sacrificia non esse vera & ius-  
ta sacrificia, sed tantum signa. Et Psalmo. cxv.  
Sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domi-  
ni inuocabo. Vocat inuocationem, hostiam  
laudis. Hæc testimonia clare docent, quod  
sacrificia ex opere operato, Hoc est, Sine fide  
non placeant Deo. Nullum igitur noui Te-  
stamenti sacrificium est ex opere operato.

Quæ sunt igitur sacrificia noui Testamen-  
ti: Sola Christi mors est propiciatorium sa-  
crificium semel oblatum. Aliorum sanctorū  
opera omnia, & afflictiones, sunt sacrificia eu-  
charistica. Sed nemo potest Deo exhibere sa-  
crificia eucharistica, nisi prius habeat Deum  
placatum, Ideo Sanctis primum opus est Sa-

## COMMENT. PHIL. MEL.

sacrificio Christi quod semel factum valet omnibus temporibus. Sicut dicit textus. Vna oblatione consummauit eis in perpetuum quod sanctificantur. Id igitur sancti fide apprehendere debent, & scire quod fructus seu effectus eius sacrificij ad nos pertineat. Hoc modo sancti placent Deo, non suo sacrificio, sed sacrificio Christi, si apprehendant fide fructum eius sacrificij. Postea valent sacrificia eucharistica. Sic utuntur sancti sacrificio Christi, postea propria sacrificia faciunt fidutia pontificis Christi.

Habent igitur omnes sancti duplex sacrificium. alienum videlicet Christi sacrificium quod per fidem applicatur sanctis, hoc est fructus eis communicatur, quasi ipsi sacrificassent ac precium aliquid Deo pro peccatis obtulissent. Haec sententia mirifice consolatur pias mentes. Habent & propria sacrificia, scilicet iuxta apostolam quae tamen etiam per Christum pontificem offerunt videlicet fidutia misericordiae Dei, quae statuunt se exaudiri ac respici propter Christum, iuxta illud. Quidquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Exaudimur enim non propter nostram dignitatem, sed propter Christum. Hinc intelligi potest, quo modo

## IN XII. CP. AD ROMA

modo & Christus fit sacerdos, & sancti omnes propter Christum sint sacerdotes. Significat enim facerdos hic, non ministrum Ecclesiae publice administrantem sacramenta & do- tenem, sed significat omnes qui hoc ius pla- candi Dei habent, orandi Deum, & offeren- di Deo. Item qui ius etiam habent tractandi ver- bi Dei, etiam si non omnes simul habeant ad- ministrationem publicam. Nemo eni- debet administrationem publicam usurpare nisi rite vocatus. Christus habet per se ius placandi & offerendi Deo a patre datum, & habet sacrificium videlicet suam mortem, quo sacrificio satisfecit pro omnium peccatis et pla- cauit iram Dei pro alijs.

Reliqui sancti habent ius placandi non propter sua sacrificia, sed propter Christum. Accipiunt enim effectus sacrificij Christi, qua- do credunt sacrificio Christi iram Dei placa- tam esse. Hoc modo placant Deum alieno sa- crificio. Est igitur Christus pontifex qui, p re- liquis sacerdotibus intercedit, & communia- cat eis sui sacrificij fructus. Itaque sicut sancti ha- bent placatum Deum per Christum Ita orat et offerunt sacrificia sua, fidutia pontificis Ch- risti, hoc est fidutia misericordiae, quod propter Chrim exaudiant preces, et propter eum placent b ij sacrificis

## COMMENT. PHIL. MEL.

Sacrificia. Nemo enim potest orare, nisi certus  
sit se exaudiri. Non possemus autem esse cer-  
ti, si sentiendum esset, nos propter nostrā di-  
gnitatem aut munditiam exaudiri. Ideo pon-  
tifex Christus propositus est, quem exaudiri  
certum est, Vt & nos certi simus nos exaudis-  
ti propter dignitatē pontificis nostri, nō pro-  
pter nostram munditiam,

Sunt autem sacrificia noui testamenti non  
victimae pecuniae, aut aliæ cæremoniæ, sed op-  
era spiritualia cordis, & affectus spiritus san-  
cti in corde, videlicet omnia opera Decalogi,  
Timor Dei, credere Deo, inuocatio, gratiarū  
actio, confessio, patientia in afflictionibus, ob-  
edientia erga magistratus, castitas, eleemosy-  
næ, & similia, quia nouum testamentum ad-  
fert iustitiam spiritus & vitam eternam. Ideo  
requirit spiritualia sacrificia, hoc est non pes-  
cudes, non cæremonias, non ullum opus va-  
liturum ex opere operato, sine timore Dei et  
fide, sed motus cordis in quibus crescit iusti-  
tia & vita spiritus. Crescit enim vita spiritus  
per hos motus spirituales, timorem, in-  
uocationem, fidem, mortificationem carnis,  
patietiam, dilectionem &c.

Nunc ad Paulum redeo, qui præcipit ut  
bene

## IN. XII. CAP. AD ROMA.

bene operemur, & toleremus afflictiones,  
& intertextit locum communem de hostijs,  
quod opera nostra & afflictiones debeant es-  
se hostiae, ut significet, primum caussam im-  
pulsuam, quare debeamus bene operari, Se-  
cundo causam finalem, quis debeat operum  
in sanctis, esse finis, seu qualis debeat esse inten-  
tio, ut vocant, Tertio caussam formalem, q[uo]d  
modo opera fieri debeant.

Prima caussa impulsiua est, quia enim su-  
mus populus Dei & sacerdotes, debemus ha-  
bere sacrificia & cultum, quo in corde reddas-  
mus honorem Deo, & foris signa ostenda-  
mus quae alios ad credendum inuitent. Nisi  
enim popul[u]m Dei habeat aliquem cultu[m] Dei,  
nullum erit discrimin[us] inter populum Dei et  
impios.

Secundo finis operum in sanctis, aliis esse  
debet quam in impijs. Nam impiorum ope-  
ra non fiunt ut reddatur honos Deo aut au-  
geatur gloria Dei. Sed sanctorum opera spe-  
ctare debent ad hos fines, hoc est, ut Deo aga-  
m[us] grās, et ut alios doctrina nostra et exēplo  
inuitem[us] et cōfirmem[us] ut credat Euangeli[u]m.

Tertio comprehendit & caussam formalem  
cum hostias nominat, hoc est quomodo fieri  
debeant opera, Requirit enim fidem in opere

b[ea]tū s[an]ctū bus

## COMMENT. PHIL .MEL.

bus, hoc est, ut opera fiant fidutia misericordiae & pontificis Christi, ut credamus quod Deus exaudiat nos, & approbet cultum & opera nostra per misericordiam propter Christum. Sine hac fide nihil valent opera, sine hac fide non sufficiunt causa impulsiva & intensio. In his omnibus cerni potest aliter Apostolos, aliter philosophos docere de virtutibus. Philosophi enim nihil docent neque doce-re possunt de fide in Christum necessaria in operibus. Præterea nihil ædicunt de his finibus virtutum quos recensui.

Cæterum emphasis in vocabulo hostiæ ostendit quam late pateat hoc pæceptū. Atque ut eam emphasis intelligamus, imaginem sacrificij nobis proponamus, ad quam sæpe alludunt scripturæ, ut in Psalmo. Propter te mactamur quotidie, reputamur velut oves destinatae ad cædem. Ita cōcipiamus animo nos quotidie velut ad aram stare mactandos sicut in sacrificijs mactabantur pecudes. Certe em̄ mactatio pecudū significabat precipue mortem Christi, deinde & afflictiones piorū. Cū igit̄ Paul⁹ iubet nos hostias fieri intelligamus ferri sententiā de nobis, q̄ De⁹ requirat hæc sacrificia, videlicet ut toleremus afflictiones os dia, cruciatus in hac vita, in qua diabolus sumus

## IN. XII. CAP. AD ROMA.

summis viribus oppugnat Euangelium, &  
crudeliter saeuit in Ecclesiam, & mundum in-  
citat ad delendum Christi nomen. Itaq; in his  
serumnis meminerimus nos factos esse hosti-  
as, ac victimas, quæ velut ad arā stantes sub-  
inde trucidantur, & sciamus nos ad tale sa-  
cerdotiū vocatos esse à Christo, non ut frua-  
mur hic mundi gloria, & delicijs. Tota hæc  
res erit illustrior si humanas victimas animo  
intueamur, qualis fuit Isaacum impositus  
aræ patri ceruicem feriendam porrexit. Ad  
hunc modum existimemus nos semper ad a-  
ram vinctos ac victimis coronatos stare, & por-  
rigere ceruices hostibus qui nos feriunt. Sed  
vt saepe dictum est, hæ afflictiones ira sunt sa-  
crificia, non cum ipsis nos ledimus, aut perdi-  
mus, sed cum alijs nos iniuria afficiunt.  
Non enim probat Deus sacrificia illa  
qualia fuerunt Manasse, qui filios macta-  
bat, aut qualia apud ethnicos fuerunt, imo-  
latio Iphigeniæ, & Polyxenæ. & deuotio-  
nes Deciorum. Lacerabant corpora sua & sa-  
cerdotes Baal. & audio hunc morem hodie  
sarracenicis sacerdotibus esse. Et monachi  
quidam ante hæc tempora inedia, flagellis,  
frigore & alijs, sordibus necabant se ipsi.  
Porro satis constat in Euangelio damnari

COMMENT. PHILIP MEL.

cultus omnes qui fiunt contra mandata Dei,  
aut etiam sine mandato Dei. Quare hic non  
vtar ethnicis exemplis, et si emphasis in voca  
bulo hostiae valde clare conspici potest, cum  
illa tragica exempla humanarum victimarū  
quæ legūtur in historijs aut poematis, incur-  
runt in oculos. In his enim clare apparet, ho-  
stiam dicti, quæ tota morti destinata est. Itaq;  
Origenes frigide interpretatur Hūc Pauli lo-  
cum, de sola castitate, cum Paulus hic volu-  
erit nos subiçere omnibus afflictionum ges-  
neribus in tota vita, & complecti omnia bo-  
na opera, & omnes ærumnas in confessione  
perferendas

Iam appellatione hostiae, & hæc duo con-  
tinentur Primum est, debitum, quod videli-  
cet Deus à nobis hunc cultum requirit. Al-  
terum est, approbatio diuina. Cum enim re-  
quirat Deus à nobis tolerantiam afflictionū,  
certum est Deo placere hunc cultum. Vtrum  
q; autem affert consolationem grauissimam.  
Necessitas & diuina approbatio. Cum enim  
sciunt pī necessario hunc cultum prestandū es-  
se, & requiri à Deo, gaudent obedire Deo, et  
quia sciunt Deo placere hoc munus, læti per-  
ferūt omnes ærumnas. Quid enim potest ac-  
cidere optabilius homini, quam habere op<sup>o</sup>,  
quod

## IN. XII. CAP. AD ROMA:

quod certò sciat Deo placere, Quod tanti facit  
Deus, ut per id opus atq; officium, pronun-  
ciethonore se affici.

### Hostiam viuam.

Addit, prebete vos hostias viuas, sanctas,  
placentes Deo, rationalem cultum vestrum.  
Haec omnia dicuntur non solum ad excludē-  
das hostias pecuinas, sed in genere ad excludē-  
dam persuasionem humanam de opere ope-  
rato, hoc est, ne fingamus, sicut monachi et a=  
nabaptistæ, quòd castigationes & opera sint  
sacrificia ex ope opato, hoc est, quòd p se sine  
timore Dei, & sine fide misericordiæ in Chri-  
stum sint sacrificia, seu quòd placeamus Deo  
propter ipsa opera, non per misericordiam p  
pter Christum. In lege mactabantur pecudes  
ideo, ut significarent hanc carnem destinatam  
esse morti propter peccata, & nos à morte li-  
berandos esse per victimam Christum. Nūc  
igitur cum in nouo testamento reuelata et da-  
ta fit vita æterna, requiruntur viuae & perpe-  
tuæ hostiæ. Nos enim efficimur viui & per-  
petui sacerdotes & cultores Dei. Ideo necesse  
est ita mactare carnem, vt vita spiritualis cre-  
scat, hoc est vt cum affligimur, concipiamus  
fidem, & viuiscemur spiritu sancto. Ideo qz  
requirit Paulus viuas hostias, vt significet se

b v tales

## COMMENT. PHIL. MEL.

tales requirere, vbi fide viuiscemur in afflictionibus. Nam afflictio sine fide perinde est mors, ut mactatio pecudum.

### Sanctam.

Suntum est, quod ad usus Dei destinatur est. Ideo castigationes philosophicæ aut monasticæ, quæ a ratione proficiuntur, sine mandato Dei, item castigationes, quæ etiam si habent mandatum Dei, fiunt tamen sine timore Dei, & sine fide misericordiæ Dei, non sunt sanctæ, sed sunt humana & prophana opera.

### Placentem Deo.

Placens Deo, quod sit cum fide misericordiæ, de qua supra dictum est. Nam haec pars ticula maxime necessaria est in omnibus operibus & afflictionibus, ut verè statuamus nos placere Deo, per misericordiam, propter Christum, non propter operum ipsorum dignitatem.

### Rationalem cultum.

Rationalis, opponitur non solum cultui, qui exhibetur per pecudum Ianienam, sed etiam opponitur omnibus cultibus, in quibus non intelligitur Deus, hoc est qui exhibentur sine timore Dei, & sine fide misericordiæ. Est enim

## IN XII. CAP. AD. ROMA.

enim rationalis cultus, cultus mentis, qui deum intelligit seu cernit per verbum, Hoc est, quæ habet timorem, & fide erigitur. Nam virtusq; verbi emphasis consideranda est cultus mentis. Colere est cum Deo agere, mente colere, est apprehendere verbum, timere deum, & fide erigi inter terrores. Damnat igitur hic Paulus omnes cultus institutos sine verbo Dei. Item qui singuntur valere ex opere operato, sine bono motu utentis. Non enim sunt cultus mentis, sed externa spectacula, Missa, lectio, cantus sine bono motu utentis, castigatio monastica, cucullus, cingulum, lignei calcei, & quidquid est huiusmodi exteriarum pomparum, sunt bruti, seu ἀλογονι culi, quorum mens est sine Deo, Hoc est, sine notitia Dei, sine timore, sine fide. Requirit igitur Paulus, ut exhibeamus λογικὴν λατρείαν, in qua mens habeat verbum Dei, nec sine verbo singat nouos cultus, Et quidem ut habeat notitiam Dei, hoc est, timorem & fidem. Et hoc modo Petrus rationale lac nominat verbum, quod mentem palcit. Exponatur igitur, λογικὴ λατρεία, pro cultu mentis.

Et non imitemini hunc mundum.  
Cōmoratur in praecepto, quod instituit, ut sustineamus afflictiones, & faciam⁹ bona opera. Et

## COMMENT. PHIL. MEL.

ra. Et hæc posterior particula, quæ sequitur,  
magis proprie pertinet ad bona opera. Dicit  
enim eleganter, Ne habeatis gestus similes  
mundanorum. Sunt autem gestus mundani  
de quibus hæc loquitur, motus animorum  
impiorum, & vicia quæ sequuntur illos mo-  
tus. Si quis volet in summa complecti, collis-  
gat vicia pugnantia cum decalogo, ut gestus  
mundi: hoc est, impiorum, sunt contemnere  
Deum, diffidere Deo, confidere rebus præsen-  
tibus, non inuocare Deum, fugere crucem,  
impios cultus, impiam doctrinam probare,  
in gratiam Tyrannorum. Hæc pugnant pro-  
prie cum prima tabula. Deinde cum secunda  
pugnant contemptus Magistratum & legū  
seditiones, odia, cædes, voluptrates, libidines  
furta, rapinae, mendacia. Hæc esse gestus mū-  
di, omnia poemata, omnes hystorizæ testant.  
Sicut & Horatius de summa Iliados dicit,  
Stultorum regum & populorum continet  
æstus, Seditione dolis, scelere atq; libidine &  
ira. Iliacos intra muros peccatur & extra.

Iubet igitur Paulus exuere affectus mun-  
di, & renouari mente, hoc est concipere veras  
opiniones de Deo, quod verè irascatur pecca-  
to, quod verè ignoscat creditibus, iubet co-  
cipere timorem & fidem, Quia non tantum illa

## IN XII. CAP. AD ROMA.

illa mudi vicia, quæ cum secunda tabula pugnant, iubet exuere. Sed etiam vicia pugnancia cum prima tabula.

### Per renouationem mentis vestræ.

Iubet autem renouari mente, ut significet humanam naturam sine Spiritu sancto non habere hos affectus, verum timorem Dei, veram fidem & similes.

### Vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, bene placens, & perfecta.

Simplicissima erit sententia, si intelligatur de voluntate Dei in præceptis, quasi dicat, ita renouamini, ut discatis quid velit, quid præcipiat Deus, quid placeat Deo. Nam renouatio mentis est noua Dei notitia, qua statuimus Deum verè respicere nos, irasci peccato, & ignoscere credentibus, & exaudire inuocantes ipsum. Itaq; cum renouamur discim⁹ timere Deum, & credere Deo, inuocare Deum in afflictionibus. Hæc enim præcipit, his cultibus delectatur. Atq; hæc præcepta non intelligit mens, nisi renouata, quid sit timor, quid sit fides, quid sit inuocatio. Alij sic interpretantur, non de voluntate in præceptis, sed de euen-

## COMMENT. PHIL. MEL.

de euentu, ac voluntate Dei erga nos. Quali-  
dicat, vt experiamini quod Deus vici-  
bis bene velit, vos exaudiat in afflictionibus.  
Nam cum in afflictionibus experimur nos  
exaudiri, nos erigi & adiuuari, intelligimus  
nos Deo curae esse, Deum nobis bene velle.  
Sicut in Psalmis saepe testatur Propheta, se in  
afflictione verè experiri, quod Deo curae sit,  
quod Deus ipsum exaudiat. Ut Psal. cxvij.  
De tribulatione inuocauit Dominum, & ex-  
audiuit me. Psalmo. iij. Dominus exaudiens  
me, cum clamauero ad eum. Hæc interpre-  
tatio non procul abest à superiore. Iubet enim  
vt fides crescat, & subinde magis magis sta-  
tuamus, Deo nos curae esse, nos exaudiri à  
Deo. Hoc cum sit, crescit notitia Dei, & veri-  
us intelliguntur præcepta Dei, seu quid sitti-  
mor, quid sit fides, & quomodo Deus colli-  
velit.

Atq; hæc præcepta hactenus tradita, vt ho-  
stiæ siamus, vt discamus volūtatem Dei, per-  
tinent ad primam tabulam. Nam Confessio,  
inuocatio, hostiæ, afflictiones, quæ fiunt pro  
pter confessionem, & gratiarum actionem,  
pertinent ad secundum præceptum decalogi,  
quod requirit tales cultus, veram inuocatio-  
nem, confessionem, gratiarum actionē. Nunc  
transit

## IN XII. CAP. AD ROMA

transit ad secundam tabulam, in qua primum de vocatione, & usu donorum erga proximum præcipit.

Præcipio autem per gratiam mihi datam, omnibus apud vos, ne sentiant de se, supra quod oporteat sentire.

Hoc est. Ne arroganter de vobis sentiatis. Arrogantes autem sunt, tum qui in alienas vocationes irrumpunt, tum qui modum sui doni non vident, sed arrogant sibi iudicium de his quæ non intelligunt. Utrumque igitur hic complexus est vocationem, & usum domini.

Ac in primo genere prohibetur πολυπαραγωγη, quæ sicut rebus publicis pernicioſissima est, cum homines priuati ingerunt se negotijs & multa mouent in rebus publicis. Ita nocet etiam Ecclesiæ, cum homines vehementes, et stulto zelo incitatí multa in Ecclesia ordinare, mutare et reformare conantur, aut nouos cultus excogitant. Hi primum hoc peccant, quod proprij officij obliuiscuntur. Deinde excitant etiam schismata, & perturbant alienas conscientias.

Alterū genus scolorum est, qui nō vident modū

## COMMENT. PHIL. MEL.

modum doni sui, quales hoc tempore multi sunt, qui recte tradita ab alijs, corruptunt. Hi aut falsa persuasione doctrinæ, aut opinione sanctitatis, infatuati omnes, suas cogitationes nouas admirantur, tanque prophetias, nec se continent quo minus erumpant, serunt noua dogmata, & hæreses. Valde igitur necessarium præceptum est vtrumque, & vt suæ vocationi quisque seruiat, sua contentus sparca, vt dicitur, quam diligenter ornet, & vt sui doni modum norit, nec temere iudicet, aut pronunciet de dogmatibus, aut alijs magnis rebus suscipiendis. Paulus mensuram fidei vocat mensuram doni. Argumentatur autem à similitudine humani corporis. Vbi singula membra habent suum officium.

### Sive prophetiam, iuxta proportionem fidei.

Postque in genere proposuit, vt unusquisque suum faciat officium, Non cenumerat quædam officia per distributionem. Qui habet prophetiam, prophetet secundum analogiam fidei, Qui habet ministerium, seruiat in eo ministerio, Qui præest, diligenter præsit. Ad hunc modum distribuit officia, & iubet unum quemque in suo officio seruire, id enim ad pacem &

## IN XII .CAP. AD ROMA

sem & tranquillitatem maxime necessarium est. Ideoque Paulus statim initio hoc præceptum proposuit, quod quidem in secunda tabula prius est. Quia non potest existerē pax publica sublata obedientia, perturbato ordine officiorum, aut si alius in alterius officium irrumpat.

Prophetia duo significat, Reuelationes defuturis, & interpretationem scripturæ. Vtrumque autem sic vocatur, quia utrumque constat diuina reuelatione. Nam intelligere quid sit fides, & iudicare de doctrina Euangeliū, sine reuelatione diuina, nemo potest. Egregium autem præceptum hic traditur, Obteruandum esse, ut doctrina habeat analogiam fidei, id est ut sit conueniens fidei, ne fidem in Christum extinguat, ne dissentiat ab Euangeliō. Sicut interpretatio Scripturæ, quæ docet homines coram Deo iustos reputari, propter operā, obruit fidem in Christum. Interpretatio Scripturæ, vbi detorquetur ad Missam, quidquid de Sacrificio passim legitur, non habet analogiam fidei, quia tribuit operi sacerdotis hoc quod proprie ad passionem Christi pertinet, & abolet iustitiam fidei, quia, docet homines reputari iustos propter illud opus, non fide in Christum. Interpretatio

## COMMENT. PHIEL. ML.

tio prophana & calumniosa Arrij, & similis  
um, qui negant Christum esse verē, & natu-  
ra Deum, non habet analogiam fidei, & quia  
pugnat cum apertis verbis Euāgeliū, & quia  
detrahit Christo potentiam liberandi à mor-  
te, largiendi vitam & Spiritum sanctum. Id  
autem est negare Christum saluatorem esse.  
Monachorum & Anabaptistarum fabulæ,  
non habent analogiam fidei, qui singunt per-  
fectionem Christianam esse, non uti politicis  
ordinationibus, non habere proprium, non  
gerere Magistratus, non habere coniugē. Pri-  
mum, quia singunt hæc opera perfectiora &  
meliora esse, q̄ opera in Decalogo præcepta,  
videlicet, q̄ timere Deum, q̄ credere Deo, q̄  
diligere Deum. Deinde quia singunt homi-  
nes reputari iustos propter tales hypocriticas  
obseruationes, non propter Christum. Ita si-  
dutia Christi obruitur. Non habent analogi-  
am fidei mortuorum postulata, si qui redimi-  
se per Missam petiuerunt. Quia fidutia in Ch-  
ristum extinguitur, cum alieno opere Mis-  
saluari homines putantur. Non habent ana-  
logiam fidei reuelationes, quæ docuerūt Sā-  
ctos inuocare. Ex his exemplis potest intelligi,  
q̄ late pateat usus præcepti huius, quod si  
obseruatum fuisset, non irrepissent in Ecclesi-  
am tam

## IN XII.CP.ADROMA

am tam multæ prauæ & impiæ opiniones.  
Nos igitur meminerimus huius præcepti, nec  
recipiamus aut reuelationes, aut interpretati=  
ones, nisi habeant analogiam fidei, id est, nisi  
sint conuenientes fidei & verbo Dei. Postea  
congerit Paulus varia præcepta, quæ non ad  
modum obscura sunt, & facile poterit lector  
iudicare, quæ ad quam Decalogi partem res  
ferri debeant.

Non vosmetipso vlciscentes,  
In fine huius Capitis prohibetur vindicta,  
Vbi hanc regulam meminisse oportet, quam  
sæpe tradidim⁹, videlicet tales locos, qui pro  
hibent vindictam, semper intelligendos esse,  
de priuata vindicta. Quia vindictam quam  
exercet Magistratus ex officio, paulo post as  
perire probat Paulus, Ergo necesse est illa di  
cta Pauli aut Christi, quæ prohibent vindic  
tam, intelligi tantum de priuata vindicta.  
Est autem priuata vindicta, quæ fit à priuatis  
homini⁹, nō ab ipsis Magistratib⁹, aut quæ  
fit priuato affectu contra leges. Præcipiunt igi  
tur hæc dicta, ne priuati homines, aduersus  
Magistratus, aut ciues excitent seditiones, ne  
quis arma capiat sine autoritate Magistratus.

Ideoq⁹ & Christus ait, qui gladium accepe  
rit, gladio peribit. Accipere gladium, est non

cñ tene

## COMMENT. PHIL. MEL.

tenere datum à magistratibus & legibus sed  
per se inuadere & occupare etiam si neq; ma-  
gistratus neq; leges porrigant. De his ait Chri-  
stus, Qui gladiū acceperit gladio peribit, id  
est sediciosus gladio peribit. Nam qui gladiū  
acceperit non datum a magistratibus aut legi-  
bus, sediciosus est.

Mihi vindictam, ego retribuam.

Quod autem hic citatur mihi vindictam  
& ego retribuam, non tollit vindictam ma-  
gistratum, quia vindicta magistratum est  
vindicta diuina, hoc est à Deo mandata, & in-  
stituta. Ideo recte conuenit etiā vindicta ma-  
gistratum, quam exercent, tanquam vicarii  
Dei, ad hanc sententiam, Mihi vindictam. De-  
us enim exercet vindictam illam per magis-  
tratum. Veteres miris modis torserunt se in  
his locis de vindicta, non discernentes publi-  
cam vindictam à priuata, Nec potuerunt as-  
pere respondere eilnicis, qui Euangeliū cas-  
lumniabantur quod prohiberet vindictam.  
Disputabant tolli magistratus & omnia mu-  
nimenta societas humanae, si quidem prohi-  
beret coherceri improbos. Ad hæc ita respon-  
dendum erit, Euangeliū nō ferre nouas le-  
ges, nec abolere res politicas, sed vindictam  
magistratum maxime approbare, sicut &  
legē

## IN. XII. CAP. AD ROMA.

legem approbat, & vult lege coherceri homines, & non aliam ob causam prohiberi vindictam priuatam, nisi propter hanc, ut praesertim magistratuū authoritas stabiliatur, videlicet ne sentiant Christiani se debere magistratus presentes, si aduersentur Euangilio, ejcere e republica & noua imperia constitutre, quemadmodum Iudei somniabant futurum esse ut Messias imperium mundi occuparet. Valde igitur prodest tenere hoc discrimen publicae & priuatæ vindictæ, ut sciamus magistratum & res ciuiles non improbari ita Euangilio, sed maxime probari atque ornari. Et muniamus nos aduersus sediciosas et phantasticas opiniones, quæ obscurant iustitiam fidei, & collocant iustitiam in contemptu rerum ciuilium, & perturbant respuplicas. Nam Christianus procul debet discernere regnum Christi à regno ciuali, & scire quod regnum Christi sit in corde et habeat motus spirituales & æternam iustitiam. Interim vero foris sicut vita corporali utimur, ita utamur & regno ciuali politicis rebus omnibus, sicut alijs ciues. Ita versabantur inter gentes Joseph, Daniel et similes sancti principes. Sed de hac re infra dicendum erit,

COMMENT. PHIL. MEL.  
CAP V T. XIII.

**S**UPRA proposuit p̄cepta de priz  
uatis morib⁹ ac velut Ethicen tra-  
dedit, nunc addit⁹ præcepta de uitia  
politica. Quanquā e⁹ non perti-  
neat ad Euangelium, sed ad iudiciū rationis  
& consilium magistratus, leges ferre de ciuita-  
libus & forensibus negotijs, de contractib⁹,  
de successionib⁹, de actionib⁹, de poenis,  
de bello & similibus rebus, sicut ad rationis  
iudicium pertinet Architectonica aut ars me-  
dicorum, tamen in genere de vſu istarum ar-  
tium aliquid docet Euangelium. Oportet e⁹  
habere testimonium verbi Dei, quod sunt res  
bonæ, quibus uti liceat Christianis, & hoc  
vnum in genere hic traditur. Nullam enim si-  
bi nouam politiken fingere Christiani debet.  
Erudit⁹ quidam irrident Euangeliū, propterea  
quod eum putent esse traditum tanquam  
ethicum aut politicum librum, vident tamē  
multo diligentius scripsisse philosophos &  
jurisconsultos de ciuilibus moribus, de regē-  
dis ciuitatibus. Nec verò possunt huiusmo-  
di homines bene de Euangelio sentire, dum  
putant Euangelium proponi tanquam ethi-  
cum aut politicum librum, Sed ut saepe alias  
dixit

## IN. XIII. CAP. AD ROMA.

diximus Christianos scire oportet Euangelium docere de voluntate Dei erga nos, & de remissione peccatorum, quae fide accipitur; Cœterum præcepta de moribus & politiis rebus pertinere ad rationem, Sicut ars medicorum aut architectonica ad rationem pertinet. Itaque his qui versat in republica omnino prodest legere philosophorum aut iurisconsultorū libros. Ac prudentia maxime necessaria est homini Christiano, intelligere quod Euangelium non constitut nouas politias, sed iubeat præsentes politias & magistratus venerari, ac maxime prohibeat illam παλινπραγματευην impiorum hominum, qui prætextu Euāgeliū ciuilem statum mutare aut corrigere conantur.

Hæc est igitur politia Enangeliū, scire quod Euangelium approbet præsentes magistrat⁹ & politias & horum authoritatem confirmare, nec cōstituat nouas politias. Ideo sic præcipit Paulus

Omnis anima potestatis, quæ præsunt, subdita sit.

Præceptum est perspicuum. Omnis anima hebraice dictum est pro omnib⁹ homini

c. iiiij bus

## COMMENT. PHILIP MEL.

b<sup>9</sup> Iubet. n. ônes pios, impios, pfectos impfe  
ctos obedire magistratibus. Nec est ociole ad  
ditum sublimioribus. Significat enim quòd  
suo quisq; magistratui parere debet. Ideo ego  
exposui potestatibus, quæ præfunt, eaq; vis  
est verbi apud græcos. Atq; idem præceptū  
de obedientia erga leges, intelligi debet, vt  
singuli pareant legibus suorū magistratuū,  
Saxones vtantur suo iure, Galli suis legibus  
&c.

Non est enim potestas, nisi à Deo.

Postea addit Paulus rationem de dignitas  
te magistratuū, quam præcipue scire oportet  
Christianos. Euangelium enim docet de vo  
luntate Dèi, Quare hic etiam admonet vtrū  
Deus approbet magistratus. Clare autem di  
cit magistratus à Deo esse, & quidem à Deo  
ordinatos esse. Est autem ita intelligend<sup>9</sup> Pau  
lus qd ipsa politia, hoc est ordinatio, vt muls  
titudo pareat magistratibus, & leges ipsæ,  
sunt res bonæ quas Deus condiderit ac conser  
uet inter homines quarum vsus licitus sit, si  
cūt licet vti alij s bonis Dei creaturis. Nec ita  
sunt à Deo leges & politicæ ordinationes, si  
cūt mala De<sup>9</sup> tolerat, sed sicut res bonæ, quas  
verè Deus condidit & conseruat ipse. Sis  
cūt enim Deus verè condidit leges motuum  
cœle

## IN. XIII. CAP. AD ROMA:

cœlestium, & conseruat eas quasi quandam  
politiam, ita Deus verè inter homines, et ostē  
dit leges, et omnes politicas res, distinctiōem  
dominorū supplicia facinorosorum & simi-  
lia conseruat. Neq; enim possent res tantæ ad  
pacem necessariæ retineri, nisi De<sup>o</sup> eas aduersa-  
sus diaboli sœvitiam tueretur. 1

Nihil usquam apud philosophos reperi&  
dictum honorificentius de magistratibus, his  
encomijs magistratus, quæ leguntur in sacris  
literis. Ideo autem Spiritus sanctus admonet  
ista, quia humana ratio longe aliter iudicat.  
Cum enim videt p̄cipuum vicia, cum videt  
in administratione infinita peccata, quorum  
plurima sunt eiusmodi, ut nec diligens nec  
sapiens magistratus cauere ea possit, cum vi-  
det infinitas mutationes imperiorum, nō po-  
test iudicare imperia esse opus Dei aut conser-  
uari à Deo, sed iudicat ea, causâ aut cōsilijs  
hominū sine Deo cōstitui ac teneri, imò iu-  
dicat imperia, iniustum vim ac tyrannidem  
seu latrocinium esse, tum propter infinita er-  
rata, quæ in administratione existunt, tū quia  
interdum Tyranni rapiunt imperia ambitio-  
ne aut alijs cupiditatibus incitati. Sicut pira-  
ta quidam captus ab Alexandre, eum inter-  
rogaretur, quare in mari prædaretur. Res

## COMMENT. PHIL. MEL.

Spondit Alexandro, Qui minus mihi licet in mari prædari, quam tibi in terra? Sed hæc est prædonis vox, nō est moderati ciuiis dictum. Aliter enim de legitimis potestatibus sentendum est. Porrò animi occupati falsis illis persuasionebus, de magistratu, oderūt magistratus & grauatum parent eis & facile commoventur ad vim contra eos suscipiendam.

Itaq; scriptura munit nos aduersus falsas et seditiones opiniones de magistratibus, & docet hunc ordinem, scilicet ut populus regatur certis magistratibus, vt ij qui præsunt, imperant, & subditi obedient, esse opus à Deo institutum atq; conditum. Sicut diuinitus ordinati sunt syderum motus aut institutæ vias temporum. Et hanc propositionem seu doctrinam continet hic locus Pauli. diserte enī dicit Paulus magistratum esse ordinationem Dei, item ministerium Dei. Quare necesse est hoc ita accipi, magistrat⁹ esse res bonas, nec à Deo sicut esse, sicut vitia Deus tolerat. Nam peccata, ut latrocinium, adulterium, & similia vitia nec sunt ordinationes Dei, sed res contrariae ordinationi Dei, nec sunt ministeria Dei, Quas re magistratus sic à Deo sunt, tanquam res bonæ, verè à Deo conditæ, & quas verè Deus conseruat.

Sed

### IN XIII. CAP. AD. ROMA.

Sed queramus testimonia etiam ex alijs locis scripturæ. Nam hic articulus continet totā politicam vitam. Psal. xli. Ego dixi dñ estis et filij excelsi omnes. Hic clare inquit Deus se dicere, hoc est ordinare & mundare ut magistratus sint Dñj. Id est, gerentes officia diuinæ Quæ sunt, res diuinas, pacem, iustitiam & discipulinam conservare, punire delicta, defendere innocentes &c. Iam quòd dicit & mandat Deus, nō est peccatum. ij paralip. xx. Nō hominis exercitus iudicium sed domini. Hic aperte dicit exercere iudicia esse diuinum officium, & magistratus vicarios dei esse. Est igitur bonum officium.

Prouerb. viij. Per me reges regnant. Hic Salomon de sapientia Dei loquitur, qua dicit gubernari & teneri regna. Ergo regnum est res ordinata per sapientiam Dei.

Prouerbiorum. xvi. Libra & pondus iudicia domini sunt, & opera ejus omnes calculi libræ, id est ordinationes politicae, leges, iudicia, contractus, sunt res diuinitus ordinatae.

Sed quid opus est querere multa testimonia. Sicut lex est opus & ordinatio Dei, ita magistratus

## COMMENT. PHIL. MEL.

gistratus est opus & ordinatio Dei. Nam magistratus est præcipua pars legis, imo est via lex, seu legis defensor. Porro Euangelium non abolet legem de ciuili vita. Nam Euangelium docet nos de vita æternâ, nō de ciuili vita, & ostendit nos coram Deo repudari iustos, & in iudicio Dei viuificari, nō per legem, sed per misericordiam, cum credimus nobis propter Christum ignosci. Interim sub hinc corporalem vitam toram legi. sicut Paus. Ius inquit, Lex est iniustis posita. Atq; hæc lex de ciuili vita est scripta in natura diuinitus, sicut lumen oculis nostris inditum est diuinitus.

Constat autem Euangilio non tolli naturam. Quare nec notitias illas diuinitus impressas menti humanæ, de moribus, ac ciuili vita, tollit. Accessit autem & testimonium diuinum, qd oporteat esse Magistratus, qui defendat societatem humanam, & puniat delicta, & coherceant homines metu poenarum. Nam Genesis .ix. præcepit Deus, Si quis fuderit sanguinem, ut sanguis eius fundatur, et addit. PER HOMINEM. significat enim oportere hominem constitui, qui poenas sustinet de homicidis. Atq; hæc lex ad totum genus humanum pertinet, Approbat legem naturæ

### IN XIII. CAP. AD ROMA.

juræ, & lex postea Moysi data. Cum autem lex sit verè opus Dei, sequitur Magistratum esse ordinationem & opus Dei. Sicut igitur Christiani lege uti possunt, ita uti possunt & Magistratu, & omnibus rebus politicis. Complectitur enim lex, totam politiam, magistratus, distinctionem dominorum, iudicia, poenas delictorum, legitima bella. His rebus omnibus licet uti Christiano, Quia lex est bonum opus Dei, seu bona creatura dei. Et cum legе uti liceat, sequitur necessario, quod & politicis ordinationibus uti liceat, sunt enim ex legе naturae ortae. Licet igitur Christiano tenere proprium, licet gerere Magistratus, licet exercere iudicia, licet constituere supplicia in imam probos, iuxta leges, licet legitima bella gerere, ac militare. Quare et Ioannes approbat militiam, cum ait, Contenti estote stipendijs vestris. Nam si stipendia licet accipere, licet & militare. Sed nulla ratio est firmior & clarior illa vna, quam ego nunc de lege recitauis, Qd' cum lex sit res bona, necesse sit & Magistratum bonum esse. Et cum Euangelium non abolescat legem de corporali vita, impossibile sit absoleri Magistratum. Atque hæc ratio verè est huius negotij σύμπλεγμα ut vocant Rhetores, ac fundamen-  
tum, qua recte intellecta, facile iudicari possest,

## COMMENT. PHIL. MEL.

test, quid de Magistratu, & alijs politicis rebus sentiendum sit. Accedunt & exempla Sanctorum, Abraham verè erat Christianus, & tamen belligerabatur. Ioseph, Daniel, maxima regna, & quidem apud ethnicos administrauerunt. Cornelius cuius mentio fit in Actis Apostolorum, erat Romanus Magistratus. Laudat Christus & Centurionis fidem, Fides autem non est in impijs. Hæc rationes quas recitauī, & hæc exempla satis clare testantur, Christianis licere Magistratus gerere.

Cum autem approbatur Magistratus, sciendum est simul approbari omnes res politicas, quarum causa Magistratus constituitur, videlicet leges, contractus, iudicia, poenas, legitima bella, militiam. Nam hæc omnia pertinent ad Magistratus officium. Et Paulus clare inquit Magistratum esse ordinationem, ut significet, Magistratum hahere certas leges, rerum & personarum discrimina, & civilia officia ordine quodam distributa esse. Sicut & Aristoteles inquit, Ius esse ordinem quendam, inter ciues. οἱ καὶ πολιτεύονται. Itaque Magistratus non tantum significat principem, sed complectitur omnes res ciuiles ordine distributas. Iam cum audimus Magistratum, leges, iudicia, contractus, artes, militiam, Dei opera

zcdo

## IN XIII. CAP. AD ROMA

ac donia esse, reuerenter de eis sentire, ea<sup>cq</sup> conseruare & ornare, ac Deo pro tantis beneficij<sup>s</sup> gratias agere debemus, quæ ad defendēdam vitam corporalem cōstituta sunt. Nec enim sine hac defensione retineri vita corporalis potest.

Collegi testimonia, quæ docent officium Magistratum, & totam politicam ordinatis onem, leges, iudicia, poenas, beila, miliciam, res esse bonas & licitas, nec aduersari Euangelio. Nunc breuiter diluam ea, quæ nonnulli hic obijciunt. Præcipuum argumentum sumitur ex dictis de non vindicando. Matthæi, v. Ego autem dico vobis, nō resistere malo. Et Roma. xiiij. Non vosmetipso defendentes, Hæc & similia multis ethnicis viis sunt absurdæ, qui hoc nomine, vel maxime abhorreant ab Euangelio, Quia hos locos non recte accipiebant, sed putabant vindictam sine exceptione prohiberi, putabant tolli Magistratus & poenas delictorum, & concedi licentiam improbis, dissipandæ vniuersæ societatis humanae. Ad hæc omnia breuiter ita respondendum est. In Euangelio vindictam publicam, Hoc est, Quæ exercetur à Magistratibus, & auctoritate Legum, sæpe & clare approbatæ. Quia Euangelium, sicut vitam corporalem

## COMMENT. PHIL. MEL.

Palam non abolet, ita nec legem & ordinatiōes politicas abolet. Imò Paulus hic a parte dicit vindictam, quæ à magistratibus exerce tur, ministerium Dei esse. Ergo dicta in Euangeliō, quæ prohibent vindictam, tantum de priuata vindicta accipi debet, quæ sit sine au thoritate magistratum & legum.

Hic si quis dicat hanc etiam improbari p̄ phanis legibus, viderur autem Euangeliū aliquid amplius requirere, quam requirunt leges imperatoriæ. Ad hoc respondeo, hac ipsa imaginatione decipi imperitos, quod putant Euangeliū esse legem requirentem alia quædam externa opera in hac ciuili vita, quam aliæ leges. Nam longe aliter sentire Christiani debent. Est enim Euangeliū doctrina non de vita corporali aut ciuili, sed de vita æternâ & spirituali in corde. Ideo abiicienda est imaginatio, quod Euangeliū ferat nouas leges dissentientes à moribus ciuib⁹, & pugnantes cum legibus imperatorijs. Quatenus igitur probant externam & legitimam vindictam ipsæ leges magistratum, eaten⁹ approbat eam & Euangeliū. Et in Euangeliō ob hoc ipsum vindicta prohibetur, ut intelligatur Euangeliū esse doctrina de vita æternâ & spirituali, non de noua quadam corporis

## IN XIII. CAP. AD ROMA

corporali politia. Ideo ceteris prohibet vindictam, ne quis putet praesentes politias & Magistratus praetextu Euangelij tollendos esse. Sicut Iudei arbitrabantur Messiam inuasorum esse regna mundi praesentibus Magistratibus, vi oppressis. Et hærebat hæc iudaica opinio in Apostolis. Ideo Christus hæc sententiam toutes inculcat. Quare hæc ipsa dicta, quæ priuatam vindictam in Euangeliō prohibent auctoritatem magistratus muniunt, non laedunt.

Hinc intelligi potest, Monachos hæc dicta non recte interpretari, qui fingunt consilium esse, de non vindicando, non præceptum. Hæc interpretatio planè est dissipatio rerum publicarum. Quia si non esset præceptum vindicare, licebit Magistratum omittere suum officium. Et si cuilibet vindicare licet, licebit priuatis exercere vindictam, & inuadere alios sine auctoritate Magistratum. Vtrumque autem seditionis est, Ideo repudianda est Monachorum interpretatio, & querenda firma sententia. Vtrumque præceptum est, non consilium Magistrati præceptum est, ut exerceat vindictam, Priuatis præceptum est, ne exerceant vindictam, sine auctoritate Magistratum.

Secundo, Idem respondendum est, ad has sententias, Esaiæ vndeclimo, Non nocebunt,

d & non

## COMMENT. PHILIP MEL.

¶ non occidet in vniuerso mōre sancto meo  
Et Michæ.iiij. Non discent amplius belligera-  
ri, simpliciter ita intelligentur, Euangelium  
docet de regno æterno & spirituali, & id rea-  
gnū verbo constituitur & regitur, Non est  
doctrina politica de regno corporali seu ciui-  
li, & si interim doctrinam politicam non as-  
bolet, quæ vite corporali necessaria est.

Tertio. Idem respondendum est ad hoc di-  
ctum. Reges gentium dominantur eorum.  
Vos autem nō sic. Manifesta collatio est du-  
plicium personarum, videlicet regū et sub-  
ditorum seu priuatorum. Cum enim reges  
in una parte sententia ponit, in opposita ne-  
cessitate est intelligi personas relatiue oppositas  
regi, videlicet homines priuatos, ne partitio  
seu diuisio confundatur. Itaq; Christ⁹ hic nō  
improbat imperia. Regib⁹ enim concedit im-  
perare cum ait. Reges gentium dominantur.  
Econtra priuatis prohibet, cum ait, Vos id  
est priuati non sic. Nam hoc dictum non  
modo ad Apostolos & ministros verbi,  
sed ad omnes priuatos pertinet. Quan-  
quam cum ad Apostolos proprie accom-  
modatur, Illud significatur ne puient se præ-  
texte

IN. XIII. CAP. AD RÓMÀ.

textu Euangeli debere inuadere regna mundi, sed sciant se mitti non ut regna mundi magistratibus & regibus eripiant, sed ut doceat Euagelium.

Quarto, Nonnulli obijciunt, régna per Iacobinia constituta & raptâ esse. Hinc ratiocinantur quod nō sint ordinatio diuina seu res bona. Ad hoc respondeo discerni debere rem & personas, seu abusum magistrat⁹. Hoc est, ipsa ordinatio bona est, abusus malus est in persona quæ rapit aut male administrat. Si cut coniugium est ordinatio bona, Abusus malus est, in persona, quæ coniugio abutitur. Si quid præterea obijcitur in hac caussa, facile ex his quæ dixi, iudicari ac dilui potest. Ac ferè omnibus seculis extiterunt fanatici & sesdiosi spiritus, qui magistratus & res publicas improbauerunt, & finixerunt Euangeliū esse quandam platonicam seu monasticam positionem. Aduersus huiusmodi errores diligenter munienda sunt iuuenia pectora. Et legūt apud patres multa superstitione dicta, quæ homines imperitos facile decipiunt.

Quidam veteres canones excommunicant redeuntem ad militiam post poenitentiam. Laudatur in Decretis communio rerum qualis in Euangelio instituta sit. Et

## COMMENT. PHIL. MEL.

in extrauagante magnifica encomia extant ab  
dicatæ proprietatis rerum. Huiusmodi su-  
perstitione dicta, multas perniciosas opinio-  
nes pariunt, perturbant res publicas, quia res  
politicas damnant, & obruunt fidem in Chri-  
stum, & veros cultus Dei. Nam homines na-  
turaliter mirantur illa prodigiosa opera, cy-  
nicam illam simulationem paupertatis, & li-  
milia. At Christianos scire oportet, cultum  
Dei esse in rebus à Deo præceptis, non in hy-  
pocrisi earum rerum, quæ non habent man-  
data Dei. Porrò vita politica, & œconomia,  
habent mādata Dei. Ideo sunt veri cultus dei  
in his, qui credunt Christo, qualia sunt, reges  
re respellas, exercere iudicia, bella gerere,  
alere & gubernare familiam. Et hæc opera ve-  
rè sūt difficultia, & aspera. Illa hypocrisis mo-  
nachorum, qui vanissimis titulis venditant  
sua exercitia, prædicant se vincere mundum,  
& diabolum, Quid est nisi ludus & ocium?  
Hos ludos conferunt cum Dauidis, & simi-  
lium periculis, & miserrimis laborib⁹. Ideo  
Patrum dicta & exempla prudenter difudi-  
canda sunt, ne quid recipiatur, quod extenuat  
et dignitatem rerum politicarum, ut obscu-  
ret iustitiam fidei in Christum, & doctrinam  
de veris cultibus Dei.

De

## IN. XIII. CAP. AD ROMA.

De communione rerum sciamus neq; præceptum, neq; consilium esse in Euangelio, vt rerum proprietas deseratur, nisi cum Tyranni eripiunt, aut deserere cogunt. Quia scriptura aperte testatur aliquos Reges & Principes saluos fieri. Necesse est autem Reges & Principes tenere opes, & proprium. Sed hic non institui colligere multa testimonia, tantū admonere lectorem volui, vt sciat in his locis, qui ex Euangelio citantur, de deserēdis facultatibus, non tolli res politicas, aut iura naturae. Et cum genus vitæ contra iura naturae instituitur, quale est illa abdicatio proprietatis, tunc necesse est, totam rem simulatā esse, cum naturalia sint immutabilia. Manet enim proprietas & rerum diuisio, etiam si noua vobula finguntur, ad fallendos imperitos. Ideo Euangelium neq; præcipit, neq; consulit desere politicas ordinationes ne dissipentur res publicae. Est autem inter politicas ordinaciones, vel præcipua rerum diuisio, & dominorum distinctio.

Hic etiā quæritur de iudicijs, ex qualib<sup>9</sup> legibus iudicari res debeant, Vtrum liceat uti ethnicorum legibus, aut utendum sit Mosaicis. Respondeo ex regula supra posita, Euāge lium non mutat politias gentium, nec impo-

## COMMENT. PHIL. MEL:

nit gentibus Mosaicam politiam. Sicut Apo  
stoli clare docent Act. xv. Ideo certissimum  
est leges Moysi nihil ad nos pertinere, præter  
eas quas natura communiter omnes homi  
nes docet. Sed quilibet iudex legibus suæ  
republicæ & suæ gentis uti debet. Sicut do  
cet hic locus, Omnis anima potestatibus suis  
subdita sit. Si enī quisq; magistratuī suo pa  
ttere debet, necesse est eum legib; sui magistra  
tus parere. Ideo licet Christiano iudici fures  
suspendere, et alia nostris legibus cōstituere,  
etiam si dissentiāt à lege Moysi, nec necesse est  
similes vbiq; leges esse. Sed Deus magistrati  
bus concedit alibi duriores, alibi mitiores le  
ges ferræ, iuxta sententiam. Per me reges res  
gnant. Et satis est leges conuenire ad hanc re  
gulam Pauli, vt sint timori malo operi, et ho  
norí bonis. Hoc est, vt vitia puniant, siue mi  
tius id fiat siue durius, pro cōditione gentiū  
Nam feroceſ & liberi populi, quales sunt  
Germani, durioribus suplicijs cohercendi  
sunt

Agitatur etiam quæſtio de contractibus,  
de qua in genere respondeo. Sicut Christiano  
licet uti alijs rebus politicis. Ita licet emere, vē  
dere & uti omnibus contractibus, quos ap  
probant pubblicæ leges magistratum. Dis  
putaſ

## IN XIII. CAP. AD ROMA

Sputatur autem præcipue de quodam contractu redēptionis, cuius tamen forma triplex est. Prima forma est quando emittur certus fundus cum pacto de reuendendo. Secunda forma est huic similis, videlicet quando emitur certus redditus in fundo certo. Hæ duæ formæ sunt veræ emptiones. Nam pactum de redimendo nō tollit naturam emptionis. Atq; ita pronūciat lex, Se fundū. Codice de pactis inter emptorem & venditorem. Et in his duabus formis insunt emptionis substancialia, videlicet merx, pretium & consensus. Nam merx est fundus, aut ius certi redditus percipiendi ex certo fundo. Nec talis emptione est simulata, aut pignoris causa facta, vt quidam dicunt. Quia si esset oppignoratio, fundus periret oppignorandi. Nunc autem fundus perit emptori. Præterea adest hic quod est maxime proprium emptioni, videlicet quod emptor ille nō habet ius repetendi precij. qua re cum illud ius omnino amiserit, non potest ibi existere mutuatio aut foeneratio, sed est vera emptione. Postremo etiamsi qua accedit hypotheca, vel oppignoratio i emptione redditus, tamen non vitiatur emptione. Quia opignoratio nō aduersatur naturæ emptionis. Ut iuris consulti dicunt. Nam cum liceat uti

## COMMENT. PHILIP MEL.

legibus valet certe hic iurisconsul. autoritas,  
nec res ciuiles aliunde, nisi ex legibus iudica-  
ri debent. Igitur in his negotijs iuriscon-  
sultorum autoritas valet. iudicantur enim  
legibus,

Tertia forma huius contractus habet  
maiorem disputationem, cum redditus non  
constituitur in fundo certo, sed in omnibus  
bonis alicui⁹. Ut cū emūt redditus constituti  
in bonis alicui⁹ reipublice. Sed probat et huc  
contractum plurimi iurisconsultorum. Nam  
hic quoq; sūt emptionis substantialia Merx,  
precium & consensus. Merx est ius præcipi-  
endi redditum, Et cum hoc ius in aliquo cos-  
pore esse debeat, corpus sūt, bona omnia fru-  
ctificantia istius reipublicæ. Nam in his om-  
nibus simul tale ius constitui potest. Sicut in  
alieno agro seruitus aliqua constituitur vide  
licet act⁹ aut iter, Placet enim mihi quod scri-  
psit Innocentius, videndum esse in hoc con-  
tractu ut redditus constituatur in re seu ad re-  
feratur, non ad personam vendentis, & ad  
dit. Innocentius talem contraactum non es-  
se usurarium, cum in eo sint merx & preciūs,  
& talia iura realia licitū sit vendere.

Sed addemus aliquas rationes, prima,  
licet donare alicui de fructib⁹ us istius corporis

## IN. XIII. CAP. AD ROMA:

Iis partem aliquam, licet igitur vendere.

Secunda. Redditi olim constituti vendi possunt, possunt igitur & noui constitui redditus, si tamen tanti sit corpus fructificans, ut sustinere noua onera possit.

Tertia sicut in agro aut domo constitui servitus alicui potest, ita potest aliquis vniuersa sua bona fructificantia onerare certa seruitute & pensione. Talis igitur pensio licite emi ac vendi potest.

Quarta, maxime propriū est emptioni nō habere ius repetendi pretium. Vera igitur emptio est, cum empitor, neq; ius neq; ullum certum tempus retrahendi pretium habet. Nam pretio sic trāslato necesse est vicissim ius aliquid in hunc trāslatum esse tanquam merem.

Quod autem aliqui obīciunt de periculis, totum periculum esse penēs venditorem. Ad hoc respondet Baldus, in hac re seruandā esse æquitatem. Si perīt corpus in quo ius constitutum erat, sentiendum est ius illud etiam perīsse. Sicut iter perit agro absumptio per alluvionem. Ita si ciuitas accepit aliquid insigne damnum pro proportione, pensiones remitti dehent. Proinde cum iurisconsulti hunc contractum approbent, idem de eo pronūcio

d v

quod

## COMMENT. PHIL. MEL.

Quod de alijs legitimis rebus ciuilibus, vide  
Licit quod Christianus sine peccato hoc con-  
tractu uti possit.

Est inter negotiatores & hic contractus vni-  
tatus ut unus conferat pecuniam, alter ope-  
ras, & is qui confert pecuniā habeat lucri par-  
tem saluo capitali. Hic contractus dicitur con-  
tractus societatis. Sed vi sit iusta societas des-  
hēt pro proportione paria esse pericula. Qd'  
cum non sit, Cassius dixit coire leoninam so-  
cietatem. Et tamen de illa compensatione peri-  
culorum non est superstitione iudicandum.  
sed lex ipsa rejecit eam ad arbitrium boni via-  
ri. Itaq; si sint paria pericula pro proportione  
probetur societas, si unus pecuniam, alter o-  
peras conferat. Necq; hoc viciat cōtractum qd'  
alter paciscitur maiorem lucri partem. Hæc  
satis sit in præfetia admonuisse, ne recepti cō-  
tractus temere damnentur. Nec est superstitione  
iudicandum de talibus ciuilib⁹ negotijs.  
Sed recte dixerunt Gerson & alij præstantes  
viri, cauendum esse ne contractus facile pro-  
nuncientur usurarij. Hæc regula placet mihi.  
Nam in politicis rebus præsertim  
quas publica auctoritas magistratus appro-  
bat, non sunt facile perturbandæ conscientiæ.

Illud

## IN. XIII. CAP. AD ROMA:

Illud etiam prodest docere de politicis reb⁹, quod etiam si, in aliquo contractu non seruat⁹ æqualitas exactissime, tamen si magistratus & leges probant formam aliquam, nos quoq⁹ eam probare debemus, scire enim debemus Deum approbare usum rerum politicarum, quia magistratum approbat, non quia hæc negotia per se habeant medium aliquid indiuisibile. sunt enim subiecta magistratus iudicio, qui non querit indiuisibile medium sed probabili ratione ἐν πλοΐᾳ alias aliam formam eligit. Et ea forma legis iusta est propter auctoritatem magistratus, etiam si subtilis aliqua ratio discrepat, Christian⁹ autem scire debet auctoritatem magistratus habere testimonium à Deo. Quare præferri ei⁹ sententia priuatæ rationi debet, quæ non habet testimonium quod Deus eam adprobaret.

Reliqua est et hæc quæstio, utrum liceat in iudicio repeterē debitū, aut accusare aliquem. Ad hanc quæstionem simpliciter ita respondeo. Sicut licet vti defensione armati magistratus, ita licet vti auxilio magistratus togati. Et Paulus inquit magistratum esse honori bonis. Iā si nō liceret vti auxilio iudiciorū, magistr⁹ scrūiret Christiāis ad peccādū vieti⁹ eius au

## COMMENT. PHIL. MEL.

**a**uxilio. Igitur sentio licere Christiano uti auxilio iudiciorum. Breuiter sicut Euangeliū non tollit leges, & politicas ordinationes, ita nec tollet hanc defensionem civilis societatis, videlicet accusationem & iudicia, modo videat accusaturus, ut querat defensionem, nec afferat in iudicium odium, fraudem, & calumnias. De reo non dubium est, quin respondere debeat, quia cogitur mandato Magistratus venire in iudicium, & certe mentiri non debet, sed si quam habet veram defensionem, proponere debet. Nec de causidico dubium est, quin liceat agere causas, seruit enim iudicii, tancq; minister iudicis. Quia sine patroni voce, causæ non possunt intelligi. Nec aduersantur dicta Christi nostræ sententiae. Prohibent enim tam priuatam vindictam, hoc est odium & vindictam, quæ exercetur sine autoritate Magistratus. Et Paulus ad Corinthios, cum ait. Iam quidem delictū est in vobis, quia litigatis inter vos. Reprehendit non ipsas lites, seu disputationem forensem, cum concedat eam coram arbitris. Sed obiurgat partem iniustum, solet enim altera pars esse iusta, aut certe odium & auaritiam reprehendit.

Et hæc verba non sic accipi debent, ut delitum

### IN XIII. CAP. ADROMA.

Etum sit prædicatum. Quod litigatis, delictum est. Neque enim ita dicit Paulus, sed sicut antea cedens & consequens coniunguntur hoc modo, Litigatis, ergo sunt in vobis vicia, hoc est malæ cupiditates, auaritia, odia, & alij malis affectus. Argumentatur enim velut à signo, per hoc quod litigant, deprehendi in eis malas cupiditates. Itaque vocabulum delicti non designat ipsas lites, sed significat caussas litigandi, videlicet viciosos, & malos affectus. Nam vis verbī apud Græcos ἄριστα significat huiusmodi imbecillitatem, qua quis succumbit affectibus, & diserte dixit, in vobis est ἄριστα, ut significet in ipsis morbos esse, qui dependuntur per hoc quod litigant.

Itaque qui resistit potestati, Dei ordinatio resistit. Qui autem resistunt poenam sibi acquirent.

Postquam dignitatem magistratum ex causa effidente ostendit, videlicet quod sint res bonæ diuinitus ordinatae, Nunc applicat hanc rationem ad propositionem quod sit obediendum magistratui, Et argumentatur primum ex debito, Deinde à poena. Deo debemus obedientiam, Porro auctoritate Dei magis

## COMMENT. PHIL. MEL.

magistratus præsunt. Igitur & magistratibus debemus obedientiam. Paulus significantius argumentatur de non obedientibus per antithesim. Magistratus est ordinatio diuina, Ergo qui resistit magistratui, Deo resistit.

Deinde addit argumentum a poena. Qui resistunt, iudicium, id est poenam sibi acquirunt. Hic sciendum est has poenas a Deo ordinatas esse, sicut & postea dicit Paulus. Minister Dei est & vindicta. Itaque nemo putet sonantes aut vi aut alijs modis legum poenas effugituros esse, perinde ac si poenæ illæ tantum humano consilio irrogarentur. Deus enim conservat suam ordinationem & elabentes retrahit ad poenam, sicut manifesta exempla in homicidis testantur. Ideo Salomon grauissime dixit in Ecclesiaste. Non superabit in die mortis, nec euadet in bello, nec liberabit impietas impium. Id est Deus non patitur effungere hos qui delinquunt contra magistratus et politicas ordinationes. Ideo magistratus timendus est, non tanquam humana potentia, sed tanquam diuina & insuperabilis potentia, Id est experientia docuit ethnicos, quorum multa in hanc sententiam dicta extant. Deum conservare res publicas. Item Deum verè punire deligat

### IN XIII. CAP. ADROMA.

delicta. Ut Herodotus inquit οὐν γεράνιον  
οὐπέ ταῦτα πολὺς ἡ βασιλεὺς τοι νοί χρή μη πυρμύκης & alij  
ahuiusmodi multa.

Porrò hic locus non solum nos de obediē  
tia docet, sed etiam ipsos magistratus docet,  
primum de fide, consolatur enim eos ut scias  
ant & credant se diuinitus defendi. Deinde de  
timore, admonet enim eos ut alienam procu-  
rationem recte administrent tanquam reddi-  
turi rationem Deo, cuius sunt vicarij.

Interim autem cum de poena loquitur ob-  
ter docet Paul⁹ magistratibus de suo officio  
quod debeant punire delicta & tueri bonos  
Docet etiam hic loc⁹ quales debeant leges es-  
se. videlicet tales quae vitia puniant & recte  
facta adprobent atq; ornent. Hoc satis est do-  
cere Apostolū, ut sciamus turpia instituta bar-  
barorū nō esse leges, vt quod multi vnam cō-  
iugem eodem tempore habuerunt.

Cæterum quæ sunt honesta quæ sunt turpia  
naturalis ratio iudicat. Et de modo poenarū  
pertinet iudicium ad magistratum, non ad E-  
uangelium vt supra dixi.

Nam dei minister est, ultor ad iram  
male facienti,

Postea

## COMMENT. PHIL. MEL.

Postea repetit locum de dignitate magistratus, & hoc encomium est apta definitio magistratum. Magistratus est minister Dei, index ad iram male agenti. Hic testatur vindictam, quae fit a magistratu, ministerium & opus Dei esse. Ideo vindicta magistratus, est divina vindicta, & comprehenditur in hoc verbum. Misi vindictam, ego retribuam, scilicet per me ipsum & per magistratum a me ordinatum. Cæterum, utrumque docet, & magistratum de officio, & nos de obedientia. Nam cum magistratus sit index & quidem minister, non licet ei officium pretermittere in puniendis delictis. Debet enim facere officium diuinitus mandatum. Et quia Dei minister est, facile intelligi potest nos debere magistribus, tanquam Dei vicariis, parere. Id quod in proxima sententia Paulus ipse addit, quae si conclusionem ex superioribus effectam.

Qua propter oportet esse subditos, non solum Propter iram verum etiam propter conscientiam.

In fine ponitur conclusio & repetitur propositio quod necessitatibus obediens, & quidem propter conciliuam, non tantum propter poenitentiam

### IN XIII, CAP. AD. ROMA.

Nam. Hæc exaggeratio diligenter consideranda est. Captus à latrone si potest effugere, sine culpa elabitur. Contra etiam si quis posset reiçere onera à magistratu mandata, tamē non potest ea in iusto magistratu reiçere sine peccato. quia magistratibus necessario & propter conscientiam obligati sumus.

Quidam doctores disputauerunt præcepta magistratum nō obligare ad peccatum mortale, quia homo non possit infligere poenam æternam. Sed horum error aperie refelli tur hoc testimonio Pauli, qui dicit, Oportet nos subiectos esse non solum propter poenā, sed & propter conscientiam, hoc est. ne conscientia polluatur peccato mortali. Ergo peccatum mortale est violare edicta magistratum, videlicet quia Deus subiecit nos magistratibus, & is irrogat poenas contemnētibus magistratum, quia simul autoritas Dei contemnitur.

Hic autem cerni potest, in Euangeliō magis quam in illa doctrina, potestatem magistratum confirmari & muniri, quia nulla alia doctrina tam grauiē obligat homines ad obedientiā. Euangeliū enim iubet obedire nō solū corporales aut ciuiles poenas, sed

## COMMENT .PHIL .MEL.

ad vitandam iram Dei & poenas æternas.  
Nullum autem vinculum maius est, quam  
hæc obligatio conscientiæ. Ideo Julianus &  
similes iniuria affecerunt Euangeliū, cum  
scriberent doctrinā Euangeliū dissoluīpolia  
tias.

Reddite igitur omnibus quod  
debetur, cui tributum, tributum,  
cui vectigal, vectigal, cui hono-  
rem, honorem.

Antea de obedientia in genere dixit, nunc  
addit species. Tria autem iubet reddere, vide  
licet tributum, timorem & honorem.

Tributum complectitur omnia debita one-  
ra externa, census, vectigalia, operas, labore  
militiæ, & similia ministeria corporis & re-  
rum. Non enim possunt defendi respubli-  
cae Principes, ciuium sumptu & laboribus  
iuuentur. Ideoq; hic docet Paulus deberi tri-  
butum & vectigalia, cum inquit. Ideo et tri-  
butum penditis. Sunt enim ministri Dei hoc  
ipso, hoc est ministerio suo, videlicet defensio  
one publica occupati. Defensio autem, &  
belli & pacis temporibus, opus habet min-  
istris, ac militib⁹, Quanq; magistrat⁹ omnis, si  
recte

IN. XIII. CAP. AD ROMA.

recte volumus æstimare, perpetuo belligera-  
tur, videlicet cum punit grassatores, Fures,  
latrones, Atq; hi non possunt opprimi sine  
militibus, & sine ciuium opera. quare & ad  
præsidia alenda sumptus conferri debent, &  
cum magnitudo periculi postulat, omnes o-  
pem ferre magistratui debemus. Et sicut fidē  
præstare ciues debent cum mittuntur ad præ-  
hendēdos grassatores, ita belli tempore in ob-  
sidionibus fidem præstare debent, donec pos-  
sunt tueri loca sibi commissa. In hoc officij ge-  
nere iure meret prædicari mea patria, Breta,  
quæ est in ditione Pricipum Palatinorum su-  
pra Spiram sita, Nam summa fide & constan-  
tia bis intra paucos annos à ciuib⁹ defēla est,  
primū anno à nato Christo. M. D. iiiij. in bel-  
lo Bauarico, cū amplius mense acerrime op-  
pugnaretur à valentissimo sueuorum exercī-  
tu, Deinde nuper anno. M. D. xxv cū agricultæ  
passim in germania, seditione mota horribilē  
tumultum excitatissent. Quo tempore et ciues  
mei in fide principum manserunt, & cum se-  
ditiosi ex agro spirensi & VVirtebergensi  
virinç ad oppidum conuenissent ut diripe-  
rent merces quæ ex Francofordia tunc in sue-  
viam transuehendæ , propterea quod sedi-  
ciōsi vias infestas fecerant, apud nos relictæ

## COMMENT. PHIL. MEL.

& fidei ac virtuti nostrorum ciuium cōmē  
datae erant. In hoc periculo vel precipue fides  
& fortitudo meorum ciuium enituit. Nam  
& furiosi illi ab oppido armis repulsi sunt, et  
res depositae aduersus omnes iniurias sum-  
ma cum laude defensae sunt.

Timor & honos ad animum pertinent. Ti-  
mor significat obedientiā ex animo. Honos  
significat non tantum externam reverentiam,  
sed animi reverentiam. Et hic differunt Chris-  
tiani ab impīs. Impī tantum ciuiles poenas  
timent, et hic metus facile excutitur malis. At  
Christianī verē timent magistratum, quia cō-  
ment Deum, & sciunt eum vlcisci contem-  
ptū magistratus. Impī tantum externa signa  
reverentiæ exhibent, apud se autem pessime  
sentiunt de magistratu, sicut ipsi philosophos  
rum libri testantur, qui publicum statum im-  
periorum disputant meram tyrandidem esse.  
At Christianī verē tribuunt honorem magis-  
tratu. Est autem honos, tribuere potentiam,  
beneficentiam, sapientiam, et iustitiam. Cum  
autem Christianī sciant, imperia à Deo ordina-  
ta esse & conseruari diuinitus, agnoscunt po-  
tentiam & sentiunt se debere illi potētiæ cede-  
re ac subiisci. Agnoscunt & beneficentiam,  
quia vident summa corporalia beneficia per  
magis

## IN XIII.CP.AD ROMA

magistratus contingere humano generi, vide  
licet pacem, defensionem vitæ, coniugum, fili  
erorum, tranquillitatem ad querendum vi  
tum, ad discendam religionē & alias bonas  
artes. Hæc sunt summa beneficia, quibus alia  
maiora in rebus corporalib. nulla dici queūt.  
Pro his agunt Christiani gratias Deo, quod  
ea per magistratum concedit, & vicissim suā  
gratitudinem erga magistratus ostendunt. Et  
cum sciant imperia diuinitus regi, & hæc be  
neficia diuinitus dari, orant Deum pro magi  
stratu, vt eum gubernet, vt conseruet pacem  
publicam. Sciunt enim nō solum improbos  
homines, sed etiam diabolum infidiari princí  
pibus, & sine fine moliri exitium vniuerso  
humano generi. Est igitur hic præcipuus ho  
nor, quem soli tribuunt Christiani magistra  
tui, videlicet gratiarū actio erga Deū & ora  
tio p magistratu, & de hac præcipit Hieremi  
as, vt iudei exules orēt p rege Babilonico &  
toto regno. Et Paul⁹ i Timo. ij p̄cipit vt p ma  
gistratu oremus. Et profecto inter tot pericula  
terū publicarum, acerrimum exercitium fis  
dei est oratio pro publica pace. Debes  
mus enim intelligere illa pericula, & iudica  
re ea ad nos pertinere.

COMMENT. PHIL. MEL.

Præterea tribuunt Christiani sapientiam et iustitiam magistratui, hoc est non præferunt priuata iuditia legib⁹ et sententijs magistrat⁹ sed obtemperant eis, nō cauillant, nō abrogat leges. Et hic honos vel maxime necessari⁹ est paci publicæ, nō cauillari leges, nō odiose in pretari. Deinde huc pertinet etiam, errata legum & magistratum tegere, excusare & mitigare. Hæc in istud cum in priuata conuersatione necessaria sit, multo magis necessaria est in publica societate erga magistrat⁹, sicut scriptum est, Dilectio omnia perfert, & dilectio est vinculum integritatis, hoc est ne dissoluantur res publicæ. Item omnia delicta tegit dilectio. Item obedite etiam molestis magistratis bus, de hac re diligenter admonendi sunt homines imperiti, ne cauillentur, ne mutent leges & publica instituta. Noe pater maledicit filio Cham à quo nudatus & irrisus est. Ita sciant illi, qui cauillantur leges, qui magistratum errata odiose traducunt, maledici sihi a Deo, & poenas se huius peccati datus esse, quod non habent debitum honorem legibus & magistratibus. Et hæc calumniosa reprehensio legum ideo magis vitari debet, quia parit horribiles motus in rebus publicis

Sicut

### IN XIII. CAP. AD ROMA

Sicut Xenophon grauiissime dixit, πολεῖς μὲν  
λαθοῦσιν πολιτῶν θεατὰ Ιηφοροι. Et Plato inquit. Sicut  
desipienti patri nō est vis afferenda. Ita nec des-  
sipienti patriæ vim adferendam esse, quia im-  
possibile sit mutationes rerum publicarum si-  
ne cæde fieri. Cæterum quando magistratus  
præcipiunt ut nos agamus ipsi contra præces-  
pta Dei, non est obediendum, sed est lequens-  
da regula. Deo magis est obediendum quam  
hominibus.

Nemini quidquam debeatís, ni-  
si hoc, vt inuicem diligatis.

Postea Paulus erudite cōfert præcepta deca-  
logi in compendium, videlicet in præceptum  
de dilectione. Loquitur autem hic de præcep-  
tis secundæ tabulæ, quia de exteriori vita et  
civili consuetudine loquitur. Est autem hæc  
summa præceptorum secundæ tabulæ, proxim-  
um puro corde propter Deum debere dili-  
gi.

Qui diligít proximum, legem  
implét.

Quidam detorquent has sententias con-  
tra doctrinam fidei, & argumentant hoc mo-  
do. Impletio legis est dilectio, igitur dilectio  
e iij iustitia

## COMMENT. PHIL. MEL.

iustificat. Nam legis impletio videtur esse iu-  
stificatio. Ad hoc breuiter ita respondendum  
est. Paulus non hoc dicit, quod dilectio iusti-  
ficet, sed quod legem impleat. id verum est.  
Nam dilectio est ipsum opus legis, & qua-  
tenus aliquis diligit, eatenus legem facit. Si-  
c ut autem propter nostram impletionem le-  
gis non reputamur iusti, Ita nec propter dilec-  
tionem reputamur iusti, neque enim satisfaci-  
mus legi. Nunquam satis pure diligimus de-  
um, aut proximum, ideoque nec idem sunt les-  
gis impletio & iustificatio, quia iustificatio  
non ad legem, sed ad promissionem perti-  
net.

Alibi dicit Paulus, finis legis Christus est  
ad iustitiam omni credenti id est, Omnis qui  
credit in Christum habet summam legis, im-  
pletuit legem. Hoc igitur interest inter haec di-  
cta. Fides est impletio legis, & dilectio est im-  
pletio legis. Fides est impletio legis impura  
tive, hoc est propter Christum reputamur ju-  
sti, perinde ac si legem impletsemus. Econtra  
dilectio est impletio legis formaliter, hoc est  
ipsum opus legis est dilectio, & hoc de spe-  
cie recte dicitur. Cæterum in nobis sicut dilec-  
tio nostra nunquam satis munda est, ideo nec  
nos

## IN XIII. CAP. AD ROMA

nos dilectione nostra legem implemus. Ut si  
q̄s dicat, canere est impletio Musices, hoc de  
specie recte dicitur, intelligitur enim perfecte  
canere, neq; tamen sequitur quod cantus cu  
iuslibet sit impletio Musices. Quia non quilis  
bet perfecte canit ita etiā perfecta dilectio est  
impletio legis, nos tamen legi non satisfaci-  
mus nostra dilectione, quia est immunda. Ide  
oc̄ opus est nobis misericordia & Christo  
quem cum apprehendimus, Euangelium, p-  
nunciat nos iustos, quasi legi satisfacremus.  
Et quidem pronuntiat iustos non propter le-  
gem, sed propter Christum, quem fide appre-  
hendimus. Fides igitur imputatiue est imple-  
tio legis, quia fide consequimur, ut Deus im-  
putet nobis iustitiam propter Christum, et si  
legi non satisfacimus. Hæc est simplissima  
horum dictorum interpretatio. Dilectio for-  
maliter est impletio legis, fides autem impu-  
tatiue, quia finem legis, scilicet ut iusti pronū-  
ciemur coram Deo, consequitur per imputa-  
tionem.

Alij sic dicunt, Fides est impletio legis esse  
etiue, id est regenerat nos & affert spiritū San-  
ctum & est causa aliorum motuum Spiritu-  
alium, per quos fit lex Dei. Nam do-  
nec corda nostra iudicant Deum nobis irasci,

COMMENT. PHIEL. MEL.

¶ nos à Deo projectos esse non diligimus  
Deum, irascimur enim eius iudicio. Verum  
postea quām fidem concepimus et statuimus  
Deum nobis placatū esse & nostri misereris,  
nos exaudire & iuuare, tunc diligimus Deū.  
Nec spiritus sanctus apprehenditur aliter, nisi  
fiducia misericordiae propter Christum. Hæc  
interpretatio, in qua hoc modo fides effectiue  
dicitur esse impletio legis, vera quidem est,  
quia certe fides est opus primi præcepti, nec  
potest primum præceptum fieri, nisi postquam  
fide apprehendimus misericordiam Dei pro-  
pter Christum promissam. Et Christ⁹ inquit,  
sine me nihil potestis facere. Sed cum de iusti-  
ficatione quærerit, aptior erit interpretatio,  
quod fides imputatiue sit impletio legis, ut  
conscientia retineat hanc cōsolationem, quod  
reputemur iusti gratis propter Christum euā  
si legi non satisfacimus.

Nec ideo dicit Paulus fide hominem iusti-  
ficari, quia fides sit causa bonorum operum,  
sed quia apprehendit misericordiam, & fidu-  
cia est alieni beneficij non nostræ nouitatis,  
quare si quando dicitur fidem effectiue ei-  
se impletionem legis, non sic accipi debet, qua-  
si fides propter opera iustificet seu quasi fidei  
ideo

## IN XIII, CAP. AD. ROMA.

ideo tribuatur iustificatio, quia sit causa bonorum operum. Hæc imaginatio plurimum habet periculi. Excutitur enim consolatio conscientijs, si putent ideo se fide iustificari, quia habeant opera. Nam cum opera non possint opponi iudicio Dei, sicut Psalmus dicit, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, nec illa fides quæ penderet ex conditione ope rum & niteretur operibus, consolaretur nos aduersus iram Dei. Quare necesse est fidem nisi sola misericordia & promissione Dei, ita deum certam consolationem affert conscientijs.

Præsertim cum sciamus quod tempestivum sit, nos iam à somno expurgisci;

Addit exhortationem à conditione temporis in hanc sententiam. Salus nunc teuelata est & offertur omnibus gentibus, igitur expurgiscamur, & oblatum beneficium hoc tempore accipiamus. Hæc est sententia horum verborum, Tempus est nos ex somno expurgisci, quia propior est nunc salus nostra quam tunc cum credebamus, hoc est, quam tempore patrum, qui crediderunt venturum esse

## COMMENT. PHIL. MEL.

esse Christum, & futurum ut reuelaretur remissio peccatorum. Loquitur igitur de vera fide ante reuelationem Euangelij.

Quomodo autem propior nunc est salus? Salus intelligatur de ipso Christo & ministerio Euāgelij, nō de effectu seu de salvatione, Nā eodē modo & eadē fide saluati sūt patres aī natū Chiristū, qua nunc q̄que iustificant & saluantur homines. Sed ideo nūc propior est Christ⁹, & proprius est Euangeliū, quia Christus iam exhibitus est, & mandatum remittē di peccata reuelatum est, & spargitur in om̄es gentes. Nam antē predicationem Christi, non fuit datum mandatum remittendi peccata, sed in promissionibus obscure significabāt remissio peccatorum quōd aliquando promulganda esset. Necq; verò vult Paulus, nūc non credi salutem, sed dissimili modo credi significat, est enim objecti dissimilitudo. Nos scimus iam Christum exhibitū esse, & audīmus Euāgeliū clara voce predicari, sed effectum Euangeliū fidē expectamus, patres exspectabant vitrumq; Christum, Euāgeliū, & Euangeliū effectum. Cæterum hæc ipsa exhortatio egregie amplificatur in Epistola ad Hebræos, ne hoc temp⁹ negligam⁹. Hodie

### IN. XIII. CAP. AD ROMA.

die si vocem eius audieritis, nolite obturare corda vestra. Item Festinemus ingredi in illa requiem. Item Accedamus cū fidutia ad thronum gratiæ. Item cum violans legem puniatur, quanto magis punientur isti qui conculant filium Dei &c.

Abijciamus igitur opera tenebrarum, & induamus arma lucis,

Induere arma lucis, est induere fidem, timorem Dei et alias virtutes, quæ sunt lux, id est notitia Dei, consolatio & vita æterna. Econtra opera tenebrarum sunt, non nosse Deum & non habere consolationem &c.

Sed induamini dominum Iesum Christum.

Induite Christum Iesum metaphora est. significat enim eius ornatum induere, hoc est eius virtutes. Id autem est exemplum imitari patientiae, charitatis & aliarum virtutum. Verum hæc interpretatio non satisfacit Paolo, nam Christus non tantum ut exemplum considerari debet, sed ut causa salutis & saluator et auxiliator. Hoc non habet commune cum alijs sanctis, illud habet commune cū alijs quod exemplum

## COMMENT. PHIL. MEL.

exemplum est. Quare sic interpretabili-  
mūr. Induite Christum, hoc est notici-  
am Christi, fidem & spem. Nam induere  
metaphorice significat apprehendere. Ap-  
prehendere autem est agnoscere Christum.  
Agnoscitur autem fide, cum credimus quod  
propter ipsum habeamus Deum placatum,  
quod propter eum Deus nos exaudiat, iuuet,  
liberet a peccatis & alijs malis.

Et carnis curam ne agatis ad concupiscentiam.

Ne curate carnem ad concupiscentiam, per  
antithesim intelligi debet translata negatione  
ad posteriorem particulam hoc modo. Cura  
te corpus ad necessitatem, non ad luxum &  
ad alendam concupiscentiam. Iubet igitur e-  
re, bibere, dormire, vestire, victum & opes  
parare, tueri vitam ad necessitatem & ad con-  
seruandum corpus, non ad ambitionem, no-  
ad inflammādā libidinem, aut ad certa via-  
tia. Et hæc figura προτίχη ποιδαὶ simpliciter si-  
gnificat curare carnem seu curare corpus, pro-  
spicere corpori. Exempla apud Græ-  
cos ubiq̄ sunt obvia, quæ ostendunt quod  
προτίχη ποιδαὶ simpliciter idem sit, quod cura-  
re

## IN XIII. CAP. AD ROMA

Et aliquid aut rationem habere alicuius. ut L  
Socrates ad Philippum in panegirico, ait  
*τίς πατρίδος δίκαιον τοσάντην σε ποιεῖδε πρό*  
*κοιλαντίσσην περ τώγχονίων*

## C A P V T      XIII.



VPRĀ proposuimus tria genera  
operū esse, priuata, politica et cœ  
remonias, de his ordine dixit pau  
lus. In Duodecimo capite tradit  
præcepta de suis cuiuscq; moribus. In tredecis  
mo præcipit de vita politica. In decimo qua  
to de cæremonijs. Est autem hæc summa do  
ctrinæ in hoc decimoquarto Capitæ traditæ,  
quod cum Euāgelium doceat de iustitia cor  
dis & iustitia ac vita perpetua, Cæremoniæ  
autem neq; sint iustitia cordis neq; sint res p  
petua seu vita æterna, non requirit Euange  
lium cæremonias Mosaicas aut similes insti  
tutas ab hominibus. Sed cum in hac  
vita corporali opus sit certis ordinationi  
bus temporum atq; cæremoniarum conce  
dit Euangelium, ut cæremonijs vivamur, &  
simul

## COMMENT. PHIEL. M.

Simul docet, quo modo & qua libertate *eis* viendum sit. Priusquam igitur de libertate dicemus, dicam de ipsis traditionibus quae sunt licitae, quae sunt illicitae. Faciam igitur tria genera.

Primum genus est, traditionum quae clare præcipiunt aliquid fieri contra mandata, aut præcipiunt aliquid quod sine peccato non potest obseruari, qualis est traditio de celibatu, cum his imponitur qui non sunt ad celibatum idonei. De hoc genere facile est iudicare, magis enim oportet obedire Deo, quam hominibus. Quare tales traditiones autoritate diuina violantur.

Alterum genus est traditionum, quae constituant de talibus quae sua natura simpliciter sunt *ad ius populi*, ut de vestitu, cibis, ferijs. In his sunt considerandi fines. Si finis est politicus harum obseruationum, licitae sunt, ut cum seriae constituuntur aut seruantur, non quod tale opus sit cultus ex opere operato, sed ordinis causa, ut populus sciat, quo tempore convenire debeat, & Euangelium discere & sacramentis uti. Item cum certae lectiones a cantilenæ præscribuntur, ne quid tumultus oratur, si in templo diuersa carmina ut fit inter brios singuli canant eodem tempore. Item cum

## IN.XIII. CAP. AD ROMA.

tum ieiunia præscribuntur, non quod tale opus sit cultus, sed ut tali cæremonia, insignia & dies, ut ea nota populus admonitus hystriam facilius meminisse possit, Facilius enim meminimus hystorias quasi pictas in ritibus item ut populus sobrius & sine tumultu intersit sacris et ad descendū atq; orandum magis sit idoneus.

Et quidem opus habet populus tali pædagogia ut discat in ritibus pictas hystorias & ut assuefiat ut reuerenter sacra tractet. Et propterea de lege inquit Paulus Lex est pædagogus. Cum hoc genere traditionum pugnare, est planè cum natura hominum pugnare. Non enim possunt humani mores carere hoc genere traditionum. Quomodo enim sciet popul⁹ quando ad descendū conuenire debet, nisi certa tempora constituta sint doctori & auditoribus. Et Paulus iubet omnia in ecclesijs ordine & decore fieri. Ac sœpe iam vidimus hos qui cum veterib⁹ belligerantur, tamen natura vinci, ut aut veteres mores restituant, aut nouas ordinationes faciant, quas nonnullæ sic satis agrestes ac barbaricæ sunt. Rari enim inter istos nouos thesmothetas vident quid in cæremonijs deceat, cum quidem maxime referat in his obseruare deorum,

## COMMENT. PHIL. MEL.

orum, Nam & elegantes cæmoniæ mirili  
cam habent gratiam, & agrestes barbaricop  
ritus absterrent à templis homines moderas  
tos. Cum igitur traditiones in rebus adiapho  
ris habeant corporalem ac politicum usum,  
sentiendum est tales traditiones licitas, esse fa  
ctas hoc sine, videlicet propter usum politicū,  
Sicut Paulus ordinat propter politicam hone  
statem ut mulieres sint velatæ. Item Corin  
thios docet ut ordinem obseruent in lectioni  
bus in Ecclesia. Quanquam autem tales ritus  
tranquillitatis causa <sup>μηδεὶς τοιαῦτα</sup> publice  
seruandi sint, tamen nec iustitia nec peccatum  
in talibus rebus ponî debet. Sed quomodo  
seruari debeant paulo post dicam. Non enim  
volebant Apostoli laqueos conscientijs inji  
ci, nec sentiebat Paulus peccare mortaliter mu  
lierem prodeuntiem nō velatam &c, sine scan  
dalo.

Tertium genus traditionum est, cum hoc  
sine conduntur traditiones, ut sint cultus dei  
ex opere operato, & mereantur remissionem  
peccatorum. Est autem cultus, opus cui<sup>o</sup> pros  
prius & proximus finis est, honoris dei. Ut  
cum monachi instituunt certum genus vestis  
tus aut cibi, & affingunt Deum hoc honore  
affici atque coli, & talem cultū approbare. Hæ  
op̄i

## IN.XIII. CAP. AD ROMA.

Opiniones de traditionibus sunt impia, vñ  
delicet cum existimantur esse cultus & pretia  
pro peccatis. Quare traditiones cum his opis-  
hionibus propositae sunt improbandæ, aut  
terte hæ prauæ opiniones abhiciendæ atq; im-  
probandæ sunt. Idq; docet clare vox prophetae,  
quam Christus repetit. Frustra colunt me  
mandatis hominum. Non enim vetat hæc  
vox condere traditiones ad corporalem utili-  
tatem, sed docet eas irritas atq; inutiles cultus es-  
se, et tunc improbat, cū pro cultibus proponat  
Plurimum autem prodest, tenere hæc ges-  
tura traditionum, ne sine discrimine impro-  
bent omnes Ecclesiasticae leges, quemadmo-  
dū sit ab indoctis, qua ex re, abolitis omnib;  
legib; & politica disciplina subllata, qdā pl;  
quam scythica barbaries existere solet. Quare  
obseruandum est & quatenus retinendæ ac-  
probandæ sint traditiones, & quatenus Euangeliū  
eas improbet.

## DE LIBERTATE

### CHRISTI.

### ANA.

f n ETus

## COMMENT. PHIL. MEL.



T ut magis etiam intelligi possit  
cur traditiones, quædam impro-  
bentur, & quatenus ut alijs lice-  
at, addenda est tota descriptio Li-  
bertatis Christianæ, cuius cognitio pernici-  
saria est Christianis omnibus. Nam qui non  
recte intelligunt eam, incidunt in multos per-  
niciosos errores, cuius rei varia extant exem-  
pla. Quam magnæ fuerunt contentiones de  
tempore paschatis apud veteres, quia nomina  
li somniabant Christianam iustitiam non posse  
se existere sine cæremonijs illis feriarum, ieui-  
niorum, & similiūm rerum. Et hæc opinio  
penitus opprimebat atq; obscurabat doctrinam  
de iustitia fidei. Fingebat enim homines  
se propter tales obseruationes pronunciariu-  
stos, mereri se his operibus remissionem pec-  
catorum. Non agnoscebant hanc gratiæ pro-  
pter Christum donari. Hic error obrepit, nisi  
de libertate Christiana recte doceantur homi-  
nes. Habet alia exempla & nostra ætas. Cum  
libertas Christiana proprie pertineat ad remis-  
sionem peccatorum & res spirituales, quidā  
indocti ac fanatici homines totam interpreta-  
bantur de rebus ciuilibus. Falso prætextu  
Christianæ libertatis abrogabant omnes po-  
liticas leges, & vincula omnia ciuilis societa-  
tis, que

## IN XIII. CAP. AD ROMA

tis qua re maximi mot<sup>9</sup>, magnæ cædes Agr<sup>i</sup>  
colarū passim in germania Anno M. D. xxv  
extiterunt. Aduersus hujusmodi errores ani-  
mi hominum diligenter muniendi sunt. Faci-  
am igitur docēdi causa quatuor gradus liber-  
tatis Christianæ.

Prim<sup>9</sup> grad<sup>9</sup> est, quod à peccato, & à morte  
æterna liberamur, ita quod non propter le-  
gem aut virtutes nostras, sed gratis per misericordiam  
propter Christum donantur nobis remissio peccatorum, imputatio iustitiae,  
& vita æterna, modo ut credamus haec nos  
bis contingere propter Christum. De hoc gra-  
du concionatur in Euangelio Christus. Si  
vos filius liberauerit, verè liberi eritis.

Secundus gradus est, quod donatur nobis  
Spiritus sanctus qui nos adiuuet, ut legi  
obedire possimus, qui gubernet & defendat  
nos aduersus insidias diaboli. Hic gradus ita  
cum superiore coniunctus est, vt non possit  
ab eo diuelli. Sed ego ita discerno, docendi  
causa, vt in tali enumeratione magis conspi-  
ci varietas beneficiorum Christi possit. Et ad  
hunc gradum pertinet Pauli dictum ubi Spi-  
ritus domini, ibi libertas est. Nos autem om-  
nes recte facie gloriam domini intuentes in  
f ij eandem

## COMMENT. PHIL. MEL.

eandem imaginem transformamur, à gloria  
in gloriam tanquam à domini Spiritu. Id est  
cum intuentes in promissionem Christi erigi  
mus & consolamur per terrefactas mentes,  
transformamur à Spiritu Sancto, adiuuat  
mur contra diabolum, liberamur à morte, et  
concipimus Dei notitiam, gaudium, & vitam.  
Hæ sunt imagines diuinæ & gloriose, in quæ  
transformamur. Ac de his duobus gradibus  
præcipue doceri Ecclesiæ debent. Ostendunt  
enim ingentia atque æterna beneficia Christi,  
& afferunt necessarias & gratissimas confor-  
tationes p̄ijs mentibus. Facile hic etiam cerni po-  
test Christianam libertatem, non esse politicā  
libertatem, hoc est civilium legum & societatis  
humane dissipationem. Pertinet enim non  
ad vitam externam & corporalem, Sed tan-  
tum ad conscientiam agentem cum Deo.

Tertius gradus est, quod Euangelium li-  
berat nos à cæremonijs & politicis legibus  
Mosi. Hic gradus aliquo modo pertinet ad  
vitam exteriorē, sed causam habet in superi-  
oribus. Ideo enim Euangelium non requirit  
cæremonias Leuiticas, quia docet nos iustos  
pronūciari non propter ullos cultus aut ope-  
ra nostra, sed fide per misericordiam propter  
Christum. Et cum Euangelium docet de iusti-  
tia

## IN XIII. CAP. AD ROMA

tia quadam æterna Spiritus, non requirit politiam & leges forense Moysi, sed concedit in hac vita corporali, legibus vti omnium politarum in quibus viuimus. sicut concedit omnium gentium Architectonia aut Medicina ut. Etenim non magis ad Euangelium pertinet leges politicæ de rebus ciuilibus & imperiis, quam artes cæteræ de rebus corporalibus, ut Architectonica aut Medicina. Et de hoc gradu libertatis necesse est admoneri homines. Vidi enim Carolostadiū magna vi contendere, ut leges Moysi in forū reuocarentur. Et magni motus ex ea re extiterunt in Turingia, dum prætextu iubilei Mosaici Struthio & Monetarius concionarentur pensiones non esse soluedas.

Sed hic querat aliquis. Cum Euangelium abroget legem Moysi, cur non & decalogum abroget, præsertim cum ea pars legis difficultas sit. Imò reliquæ partes legis videlicet Cæremoniæ & Forense leges, verius ludi quidam & spectacula sunt quam onera. De calogus autem verè cruciat conscientias. Ad hæc respondeo. Verè nos per Euangelium liberari à tota lege, ac præcipue à decalogo, quod attinet ad iustificationem. Nam ut supra dictum est præcipuus ac maxime

fūj pros

## COMMENT. PHILIP MEL.

proprius gradus est libertatis Christianæ, qd  
non propter legem, sed gratis offeruntur re-  
missio peccatorum & imputatio iustitiae. De  
hoc loco præcipue docet Euangelium. Itaq;  
liberat Euangelium conscientias & à decalo-  
go, quia remittit peccata, item docet nos repu-  
tari iustos, nō propter legis impletionem sed  
per misericordiam propter Christum. Libe-  
rat igitur conscientias illo horribili onere vi-  
delicet terroribus & morte quam decalogus  
alioqui conscientijs irrogat. Hoc est quod  
Paulus ait, nos à maledictione legis libera-  
tos esse. Vbi certe de tota lege, maximeq; de  
decalogo loquitur, ac docet nos non accusan-  
ri à decalogo, si tamen apprehendimus miser-  
icordiam oblatam per Christū. Quare hoc  
sciendum est, liberari nos etiam à decalogo,  
quod attinet ad iustificationem, hoc est offer-  
rinobis remissionem peccatorum & imputa-  
tionem iustitiae, non propter legem, sed gra-  
tis. Nec est quærenda, iustificatio in decalogo  
sed sentiendum nos reputari iustos propter  
Christum per misericordiam. Nam si sentien-  
dum esset nos pronunciari iustos propter le-  
gis impletionem, conscientiae cum nunquam  
legi satisfaciant, semper cogarentur dubitare  
virū Deo placerēt, Illa autē dubitatio despe-  
ratio

## IN XIII. CAP. AD ROMA.

ratio est.

Sed cur inquiet aliquis, licet omitti cæremonias & forenses leges Moysi, neque tamen licet omitti decalogum. Simplicissime sic respondeo. Euangelium abrogat decalogum quod ad iustificationem attinet, non quod ad obedientiam attinet. Requirit enim ut obedimus decalogo etsi ne conscientiae dubitent de benevolentia Dei, statuere iubet nos pronunciari iustos non propter legis impletionem, sed per misericordiam propter Christū. Etenim cum Euangelium afferat vitam & iustitiam spiritualem, certe requirit ut decalogo obediamus. Nam decalogus præcipit opera non alligata certis locis & personis, qualia sunt cæremonia & judicialia, sed Spiritu alia opera videlicet timorem, fidutiam Dei, inuocationem, gratiarum actionem et confessiōnem, dilectionem proximi, castitatem, mortificationem concupiscentiae. Hæc opera sunt veri & proprij effectus vitæ spiritualis. Requirit igitur Euangelium hanc partem legis de vita spirituali, quod ad obedientiam attinet.

Cæterum de vita corporali id quoque constat Euangeliō non aboleri naturalem seu corporalem vitam ac dotes naturæ diuinitus in

f v sitas

## COMMENT. PHILIP MEL.

Sicut non delet Euangelium ex animis  
piorum Arithmeticam aut loquendi faculta-  
tem, ita non tollit præcepta naturalia de ciui-  
tate & politica vita, non enim corruptit na-  
turæ hominum, sed magis sanat ac restituit. Nō  
igitur tollit ius naturæ, cū id verè sit ipsa na-  
turæ ordinatio, diuinitus instituta. Comple-  
titur autem ius naturæ hoc est naturalis ra-  
tio, vniuersam politicam disciplinam. Iubet  
dominia distinguere, suum quemq; tenere,  
pacta servare, magistratibus parere, delicta  
lege punire &c. Proinde sicut naturas homi-  
num non abolet Euangelium, ita necq; res po-  
liticas abolet cum sine eis existere natura ho-  
minum non possit. Itaq; clara voce subiçit  
nos Paulus legibus & magistratib. cum ait  
subditi estote non solum propter metum, sed  
propter conscientiam. Ac si quis considerabie  
Euangelio non aboleri naturas hominum, fa-  
cile iudicare poterit, nec politicas leges abole-  
ri, cū sine politica disciplina natura hominū  
conseruari non possit. Est autem et illud scienc-  
dum, quod eis Euangelium subiçit nos po-  
liticis legibus, tamen non requirit vnam alia-  
quam certain formam, videlicet Mosaicam  
politicam, sed concedit in genere uti politijs  
omnium gentium quæ ratione constitutæ sūr-  
quia Euang.

### IN XIII. CAP. AD ROMA.

q[uod] Euāgeliū docet de uita spirituali & ad h[oc] vocat ḏniū gentiū homines, nec nouā politiā gentibus de rebus ciuilib[us] cōstituit, sed docet eas de reb[us] æternis de vita et iustitia æterna in animis. Et ex his satis intelligi posse arbitror, quare omitti possint cæremoniæ Mosaice et leges de negocijs forensib[us] cum tamē & deca logo obedire necesse sit, et politijs vbi cumq[ue] viuimus, parendum sit.

Quartus gradus libertatis Christianæ est, quod Euangelium vetat ita condi cæremoni as ab hominibus in Ecclesia, vt sint cult⁹ ne cessarij, vel ad remissionem peccatorum, vel ad iustificationem, sed concedit certa tempora dōcendi, certum ordinem lectionum & si miles ritus constituere, vt in Ecclesia res ordi ne & sine tumultu geratur. Nec vult sentiri quod tales obseruationes sūt cultus, aut p[ro]via quæ mereantur remissionem peccatorū, aut quod sit peccatum omittere illos ritus ab hominibus institutos, si tamen sine scanda lo omittantur. De hoc gradu docet Paulus ad Colloſſ. cum ait. Nemo vos iudicet in ci bo, potu, parte diei festi, &c. Hic non vetat simpliciter cōdere ordinationes ad tranquillitatē profuturas, sed vetat addere opinionē, q[uod] sint cult⁹ necessarij. Ideoq[ue] diserte iqt, ne q[uod]s iudicet vos, hoc est, ne q[uod]s iudicet vos iustos esse

## COMMENT. PHIL. MEL.

propter illas cæremonias, aut iniustos esse co-  
ram Deo propter neglectam cæremoniam,  
quasi sine illis cultibus fides sit inutilis , aut  
quasi non contingat iustificatio sine illis ob-  
seruationibus. In eandem sententiam dicit ad  
Galatas. In libertate qua Christus vos libera-  
uit state, nec iterum iugo servitutis subiectas  
mini Sed in usu huius libertatis prudentia et  
cautio quædam adhibenda est , vt scandala  
vitentur, quæ sūt multiplicia. Existunt enim  
priuatim & publice graues offensiones ex ab-  
usu huius libertatis. Nam legibus & ritib⁹  
Ecclesiasticis temere labefactatis, publica dis-  
ciplina corrumpitur, & transferunt impe-  
riti exempla libertatis ad omnes leges, & ad  
omnes bonos mores, contemptum omnium  
legum & bonorum morum induunt. Et in  
hoc scando inest etiam aliud malum, quod  
boni & moderati homines absterrentur ab  
Euangelio & à sana doctrina. Nam in illis  
prauis exemplis male suspicantur de doctrinā  
ex qua talem licentiam oriri putant. Et pri-  
uatim multi, cum vident negligi cæremonia-  
as, iudicant id doctrinæ genus irreligiosum  
& prophanum esse, quod extenuat cæremoni-  
as. Et quoniam graue est sustinere consciens-  
ia horū scandalorū, ideo verecude viendū est  
liber-

## IN.XIII,CAP. AD ROMA:

libertate. Cum Lysander græcas ciuitates sensit  
uitute Athemensium liberasset, ac initio liber  
tate & suis legibus vti permitteret. Posteaq;  
vt fit, impositis præfectis ac præsidijs, crudeli  
ter eas vexare coepisset, dictum est à græcis,  
Lysandrum similem esse cauponibus, quod  
velut infuso aceto dulcissimum gustum li-  
bertatis corrupisset. Idem profecto accidet in  
hoc negotio. Dulcissimus gustus doctrinæ  
de libertate corrumpitur, cum scandalia illa,  
conscientiæ obiciuntur. Quare eis doctrina  
de libertate omnino tenenda est, tamen pro-  
dest verecunde vti libertate, præfertim cū hiç  
postremus gradus sine primo et secundo, nō  
sunt Christiana libertas, sed poti⁹ Scythica quæ  
dam & vandalica libertas ac barbaries, impa-  
tiens disciplinæ & legum. Et in primis hac in  
re habenda est ratio iuuentutis, cui minime  
utile est assuefieri ad contemnum legum. Et  
Paulus vocat legem paedagogum, quod eas  
lis disciplina & paedagogia imperitis & vul-  
go necessaria sit.

Apostoli verò ita moderantur usum li-  
bertatis, vt apud Iudeos seruent mores Iu-  
daicos, apud gentes nō seruent Iudaicos mo-  
res. Item apud Iudeos saepe præbent exem-  
pla libertatis contra hostes Euangelij, vt dos-  
trinara

## COMMENT. PHIL. MEL.

eritam libertatis non solum docendo, sed etiam exemplo asserant. Hinc iudicare facile poterimus ubi sit utendum libertate. Nec vero satis est his qui libertate utuntur vociferari quod Episcopis non liceat traditiones condere. Nam ut maxime Episcopi non debent onerare conscientias Ecclesiarum suis traditionibus, tamen obedire populum decet, praeferunt tranquillitatis publica caussa. Alia igitur firma ratio querenda & tenenda est, quae defendat exempla libertatis. Cum praecipiunt traditiones cum impijs opinionibus, tunc sine illa dubitatione opiniores impiae repudiandae sunt. Et quia ea conditione ritus requiriuntur, iure simul repudiantur ritus cum illis opinionibus, iuxta illud, oportet Deo magis obedire quam hominibus. Porro aduersari nostri sinxerunt has observationes ab hominibus excogitatas, cultus esse, hoc est opera, quorum finis proprius ac proximus sit Deum honore afficere. Et in hac opinione multi haeret errores. Primus, sicut in lege videtur certa Ierusalem, certas ceremonias praescriptas esse, ita solvant in novo testamento requiri similes ceremonias, tanquam cultus necessarios, sine quibus fides sit inutilis. Secundus error. Et quia Christus non prescripsit tales ceremonias singulis

## IN.XIII.CAP. AD ROMA:

tingunt Apostolis & Episcopis autoritatem concessam esse, cibos, tempora, vesteres præscribendi. Sic enim scribunt Christum in genere requirere leiunia, tanquam cultum, ideo cū tempora & modum non descripsiterit, autoritatem Episcopis concessam esse, ut modū constituant. Ita ex novo testamento, quod gratis offert reconciliationem propter Christū faciunt vetus testamentum. Putant enim ad eū dem modum necessarios esse tales cultus, ut in veteri. Et cum nouum testamentum sit via & iustitia Spiritualis, ipsi fingunt esse exteras obseruationes. Tertius error. Postremo hoc addunt quod maxime ledit & obruit Euangeliū, quod fingunt tales obseruationes excogitatas ab hominibus mereri remissionem peccatorum. His erroribus aduersandum est. Primum enim obscuratur Iustitia dei, cum fingitur quod remissio peccatorum contingat non gratis propter Christum, sed propter tales obseruationes. Secundo cum perfectio in novo testamento sit in timore, si de et similib⁹ motibus spiritualibus, isti fingunt perfectionem Christianam in ipsis obseruationibus exterioribus esse. Tertio scindit unitas Ecclesiarū, Nā cū credunt hi rit⁹ necessarij esse, existunt infinitæ contensiones dū suos quisq; ritus pertinaciter defendunt, sicut de pa-

## COMMENT. PHIL. MEL.

Schate accidit, & alijs multis. Quarto cōsulest  
dum est & pijs conscientijs, quæ si putabunt  
hos ritus necessarios esse, nunquam acquies-  
cent, quis enim vnquam obseruauit omnes  
traditiones? Ideocq; Gerson olim de hac causa  
disputare coepit, vt mederetur bonis. & occu-  
patis mentibus quæ angebantur cum videa-  
rent senon vbiq; satisfacere traditionibus. Ac  
quærit Gerson legum ~~in~~ <sup>in</sup> m<sup>u</sup>ndas, quesiuenterunt &  
summistæ. Ac scholæ omnes theologorum  
& Canonistarum adeo in his sordibus, in col-  
ligendis & interpretandis traditionibus oce-  
cupatae fuerunt, vt non vacarit eis attingere  
Scripturam. Sed nulla ratio satis leuat consci-  
entias, nisi hæc Paulina doctrina, q; vetat sen-  
tire quod tales ritus sint necessarij. tantum su-  
bet eatenus obseruare, ne cui scandalo simus.

Ac de scandalo quidem Paulo post dices-  
mus. Porro vt supra dixi cum traditiones cū  
illis impijs opinionibus proponuntur, cum  
defenduntur illi errores, satis excusati sunt,  
qui eas violant vt exemplum ostēdant rectæ  
doctrinæ. Sicut & Apostolos excusat Chri-  
st<sup>o</sup> aduersi Pharisæos q; singebat illas suas <sup>in</sup>  
~~no~~ <sup>pharise</sup> <sup>o</sup> das esse cultus dei. Non tamen probo  
peculaniam illorum qui sine probabili causa  
vbiq;

## IN.XIII. CAP. AD ROMA.

Vbiqe violent, seu studio nouitatis, seu quadam contumacia. In his enim non solum piestas, Sed etiam humanitas iure desiderari post, quid est enim inhumanus quam aspernari publicos mores, praeferunt si videantur disciplinæ caussa instituti. Verè enim et grauior inquit Regina illa in Tragoediam.

ouf̄ ἀσὴν θνηταὶ οὐσίαι αὐτοῖς ηγετὸς πικρὸς πολὺ<sup>o</sup>  
ταῖς ἀσὴν ἀγωδίας υπε.

Hæc præfati sumus ut præparemus lectorem ad hoc caput Pauli quod sequitur de usu libertatis. Concionatur autem vtrice parti, libet hos qui intelligunt libertatem, verecū de ea uti, ne offendant imbecilles, qui adhuc dubitabant vitrum sine peccato cæmoniæ, Moisaice omitti possent. Nam hi periclitabantur partim, quod ab Euangelio absterrerantur, cum putarent id prophanum quodam doctrinæ genus esse, partim quod exempla libertatis imitantes ambigente conscientia, postea incidebant in maximos dolores ac desperationem, sicut nostra ætate vidimus aliquoties nonnullos vehementer angusti propter violatas traditiones, quorum animi non satis confirmati fuerant perfecta cognitione libertatis. Rursus concionatur Paulus & imbecilibus, ne damnent hos qui libertate vivuntur,

## COMMENT. MEL. PHIL.

quam prophanos. Hoc si seruatum esset in Ecclesia, nō excommunicassent Romani pōtifices græcos aut alios non videntes Romanis cæremonijs. Ita Apostolus prudentissime cōsulit vtrisq; & obiter multas grauissimas sententias aspergit, de regno Christi, de rebus diaphoris, de certitudine conscientiæ, &c.

### Infirmum in fide assumite.

Primum concionatur doctioribus, vt ita tractent imbecilles, ne eos in dubitationem adducant, ne cogant eos ad exempla libertatis, dubitante ad hue conscientia. Sed paulatim ita erudiant & erigant eos ne conscientiae relinquuntur ambigentes. Atq; hoc præceptū in genere valet in omni parte doctrinæ Christianæ, vt ita doceantur atq; confirmantur homines ne de parte aliqua doctrinæ Christianæ hæsitant. Nō enim explicari verbis potest quantum in illa hæsitatione insit mali. Nam cum animus inquietus de aliquo articulo ambigit nec potest tanari, incipit odiisse vniuersam doctrinam Christianam tanquam inexplacabilem, confusam, & commentitiam. Stomachatur aduersus Deū, donec tandem prorsus euadat in Epicurum. Idq; accidisse Iuliano & alijs

## IN. XIII. CAP. AD ROMA.

& alijs multis videtur. Quare ego quidem consulo p̄ijs & studiosis omnibus ut & in discendo, & in docendo eligant ea quae sunt firmissima, nec querant disputationes, quae plus pariunt dubitationum quam utilitatis.

**Qui comedit, non comedentem nō despiciat. Et qui nō comedit, comedentem non damnet.**

Duae propositiones sunt in quibus docet utrancū partem. Cum enim ferē fiat, ut doctores delecentur suo dono, & præ se contemnant inferiores sicut alibi ait, scientia inflat, primum doctis præcipit, ne superbe & contumeliose tractent imbecilliores. Valet & hoc præceptum in genere, non tantum in hac causa, ne tanquam stulti despiciantur, qui non ausint contemnere vñitatas cæremonias. Sed etiam saepe alias accidit, ut doctores adeo magnificē de se sentiāt, vt si quis simplici animo tantū discendi causa aliquid interroget aut superbe derideatur, aut cum contumelia dimittatur. Ea res saepe deterret & debilitat animos & studia dissentium, quare non leuiter nocet p̄sertim in Ecclesia. Econtra indocti ferē supersticiose amant cæremonias, quare si quos

g ij viden

COMMENT. MEL. PHIL.

Vident eas negligere, hos execrantur tanquam  
sacrilegos & prophanos. Ideo Paulus præcitat  
infirmis ne damnent videntes libertatem.

Deus, n. assumpsit eum, tu quis es  
qui iudicas alienum seruum?

Supra constituit propositiones, quæ conti-  
nent præcepta. Nunc sequuntur rationes. Ac  
prima sumitur a persona Iudicis. Deus est Iu-  
dex. Et is approbat virosq; igitur nos non de-  
spiciamus neq; damnemus alterutros. Vul-  
garius argute ad monet lectorem de antithesi  
quasi Paul<sup>o</sup> tecle notet tyranidem doctiorū,  
qui volunt habere obnoxios imbecilles non  
Iesus ac seruos. Itaq; dictum putat quare iudi-  
cas alienum seruum, quasi dicat. Noli contu-  
milia afficere infirmum propter imbecillitas  
tem, ne asperge, ne inclementer trahes eum tan-  
quam tuum seruum, tanquam aliquid juris  
in eum habeas, propter ipsius inscitiam. Me-  
minerimus autem hic grauem consolationem  
nobis propositam esse, quod palam testatur  
Paulus insirimos etiam Deo placere. ait enim  
Deus eum assumpsit. Item agit Deo gratias.  
Et exempla in ipsa hystoria Euangeli<sup>j</sup> innua-  
mera sunt quoties errant, diffidunt, dubitant  
Apostoli

## IN XIII. CAP. ADRÖMA

Apostoli qui tamen placebunt Deo. Quare  
nō despere mus nobis Deum propicium esse  
etiam si magnam imblefillitatem in nobis ipsis  
deprehendimus.

Alius seruat vires dierum, alius  
de quolibet die idem sentit, unus  
quisque in sua mente certus sit.

Secundum praeceptum, in quo docet quod  
modo singuli in nostris conscientiis affecti esse de-  
bemus erga Deum. Nam superius praeceptum  
docuit, quomodo nos, erga proximos fortia-  
ores aut infirmiores gerere debemus. Nunc  
repetit id quod initio monuit de cauenda du-  
bitatione. Et eandem sententiam ter in hoc casu  
pote inculcat. Videlicet ne quid agamus du-  
bitante conscientia. Hoc est quod ait. Unus  
quisque in sua mente certus sit, id est nihil agat  
dubitante conscientia. Nam dubitatio pecca-  
tum est aduersus primum praeceptum. Tollit  
enim timorem, & fidem. Etenim qui cum du-  
bitat, tamen pergit ac perrumpit, palam con-  
temnit Deum, & agit ex contemptu Dei. Ita  
tollit dubitatio timorem. Postea dubitatio de-  
sperationem etiam parit, quem dubitat se Deo pla-  
cere, non credit se a Deo exaudiri, ideo odit  
Deum, & ruit in desperationem. Ita tollit

g. iij dus

## COMMENT. PHIL. MEL. VI

dubitatio fidem. Quare cum in omnibus actionibus vitæ, tum verò maxime cū de doctrina pronunciāmus videndum est, ne quid suscipiamus aut statuamus dubitante conscientia. Sed de hac ipsa sententia paulo post copiosius dicam. Paulus addit. Qui diem obseruat, domino obseruat &c. Hæc varie exponi solent, quidam enim arbitrantur repeti argumentum de iudicio, quasi dicat qui obseruat diem, habet dominum, cui rationem reddit, non pertinet iudicium ad nos. Sed hoc videatur mihi simplicius esse, ut referatur ad id quod prius dictum est, de conscientiæ incolumitate, qui obseruat, domino obseruat, & agit gratias. id est ne perturbes eius conscientiam quia quod nunc agit, non agit ex contemptu Dei aut ex desperatione, sed ex fide, & scit se Deo placere. Ideo enim addit, gratias agit Deo, id est credit Deo, non contemnit Deum, non desperat, non stomachatur aduersus Deum quod fieri solet, conscientia ad dubitationem & indignationem adducta. Ita mihi videbatur dubitationi opponere has particulas, obseruat domino, edit domino, agit gratias &c. Cæterum & hoc monendus est lector cum de certitudine dicitur, hæc duo requiri & ut de nostro facto bonam conscientiam habeamus,

## IN XIII. CAP. AD ROMA

habeamus & ne dissimilibus aliorum exemplis perturbemur, ne offensi aliorum exemplis Euangelium abijciamus. Hæc duo requirit Paulus in hac sententia. vñus quisq; in sua mente certus fit, hoc est, primum ipse habeat conscientiam incolumem, deinde ita confirmatus sit, ne dissimilibus exemplis perturberetur. Deinde redit Paulus ad argumentum de iudice. Christus est Iudex, quare nos non arrogemus nobis iuditium. Postremo illud admonere non est necessarium quod Paulus hic exæquat dies, cibos & similia, qd ad cultum Dei & vitam Spiritualem attinet. Non exæquat quod attinet ad vitam corporalem, videlicet si medicus seruet in curatione discrmina temporum, si medicus interdicat vinum febricitanti, id nihil ad hanc Pauli disputacionem pertinet, qui non de physica aut astrologica obseruatione disputat, cuius finis est, utilitas corporalis, sed de ea obseruatione cui finis esse putantur cultus aut placatio Dei. Iuregitur ridetur qui huiusmodi locos apud Paulum detorserunt contra phisicas obseruationes.

Ne igitur damnemus nos mu  
tuo.

g iiiij Conclusio

## COMMENT. PHIL. MEL.

Conclusio est huius admonitionis cui additum vicinum præceptum de vitandis scandalis, hoc est ut caueamus ne nostra exempla aut offendant fratres, aut ledant gloriam Euangelij, suntque additæ rationes grauissimæ, plenæ eruditio[n]is Christianæ.

Prima sumpta est ex genere operum, quod videlicet res per se non sint immundæ, hoc est prohibitæ. Scio inquit nihil esse commune per se[le]. Apellat enim commune, prophani, illicitum, prohibitum more iudaico, Nam cum iudei vocentur populus Dei & sanctus, hoc est separatus a genibus certo cultu, appellat sacerdota omnia, quorum usus ipsis concessus erat. Et quidem erant sancta, quia verbo Dei ordinata erant. Econtra prophana, ac prohibita vocant communia hoc est non sancta, non separata ad usum populi sancti. Sed quibus uterunt gentes. Sed haec regula de externis ritibus breuissimis verbis hic proposita, alias sc̄epe copiosius tractatur, videlicet, quod Euangelium non requirat cultus positos in observationibus dierum, ciborum, vestium & similibus externis rebus quia Euangelium docet nos non propter opera nostra, sed per misericordiam iustos pronunciari propter Christum,

INX III. CAP. AD. ROMA.

rum, cum id credimus. Hæc doctrina obſcu-  
ratur, cum homines exiſtimant ſe iuſtos pro-  
nunciari propter obſeruationes illas. Item E-  
uangelium affert vitam et iuſtitiam æternā,  
ad quam nihil conduceunt externæ obſerua-  
tiones ciborum aut veftum aut ſimiles. Ide-  
o non requirit Euangelium tales obſerua-  
tiones. Sed hæc ſupra aliquoties dixi. & ad Col-  
loſſenses Paulus copioſe tracbat. Nunc breui-  
ter artigi, tantum ut hunc locum noſet lector.  
Addit autem Paulus huic regulæ quaſi appé-  
dicem Munda, hoc eſt licita, fieri illicita, his  
quorum conſcientia iudicat ea illicita eſſe.  
Hic rurſus admonet de dubitatione. Cibi ge-  
nus per ſe quidem non eſt illicitum, ſed dubi-  
tatio eſt peccatum, cum videlicet dubitante  
conſcientia editur, quia dubitatio pugnat cū  
timore & fide, ut ſupra dictum eſt.

Si autem propter cibum frater tuus  
contristatur.

Secunda ratio ab officio caritatis ſumpta eſt,  
quod dilectionis officium ſit, cauere ne noce-  
ant alijs exempla noſtra. Intelligatur autē de  
vtrisq; doctis et indoctis, firmis et infirmis.  
Docti, ne videant exempla libertatis abſterre  
g v ant ab

COMMENT. PHIEL. MEL.

ant ab Euangelio indoctos, qui hoc doctrinæ genere iudicant homines efferrari & reddi prophanos. Interdum etiam boni, cum vntur libertate priusquam satis instructi sunt, incident postea in dubitationem & varia cōscientiæ pericula. Econtra viderint infirmi ac morosi, ne fratres libertate vtentes damnent, næve odio suo perturbent, sicut nunc non raro perturbantur p̄ij propter usum libertatis, non solum ab hostibus, sed etiam ab illis ipsis qui perhiberi volunt fratres, qui quadam morositate sua duriores sunt his qui libertate vtuntur. Et Timones isti interdum etiam firmos debilitant et frangunt, & ad dubitatiōnem adducunt. Deformant enim singulari artificio libertatem illam, et in eam omne genus scandalorum conferunt, Huiusmodi iudicia aliquando euertunt etiam illorum conscientias, qui bene confirmati fuerant. Et his telis gaudet diabolus ferire ac sauciare pias mentes, quare viderint infirmi, ne diabolū adiuuent, qui urget animos sermonibus auctoritijs istorum labefactatos, donec prorsus euertat.

Addita est amplificatio in textu. videlicet collatio cibi et mortis Christi, quasi dicat Christus tanti fecit fratres, ut pro eis mortu⁹ sit Itaq;

### INX III. CAP. AD. ROMA.

Iacq; nō solum indignum, sed planè impium  
est beluinam volupratem quam ex cibo, aut  
conuiuio capis, pluris facere, quam salutem  
fratris, & mortem Christi, quo pretio ille re-  
demptus est.

### Ne vituperetur bonum vestrum.

Tertia ratio sumpta est à dignitate Euange-  
lij. Ledunt autem viri Euangelium cum ri-  
xantur de rebus non necessarijs. Ita sit ut im-  
periti abhorreant ab Euangelio cum videtur  
parere discordias. Item abutentes libertate le-  
dunt gloriam Euangeli, quia dissoluunt dia-  
sciplinam & vulgi licentiam confirmat. Hæc  
res infinitis scandalis onerat Euāgelium. Por-  
rò cum Euangelium male audit, leditur glos-  
sia Dei, & profectus hominum impeditur.

### Nam regnum dei non est cibus.

Quarta ratio sumitur ex collatione neces-  
sariorum et non necessariorum, ac propemo-  
dum cōfirmatio est proximi argumenti. Cœ-  
remoniæ dierum, vestium, ciborum, non sūt  
necessariæ ad iustificationē. Ideo cauens  
dū est, ne aut fides, aut concordia ledatur pro-  
pter has res corporales, propriæ non perti-  
nentes ad regnum spirituale & æternum.

Sumitur

COMMENT. PHIEL. MEL.

Sumitur autem argumentum ex definitione regni Christi. Nam regnum Christi, singulis ficiat motus Spirituales in corde, quos excitat Spiritus Sanctus, ut vitam & iustitiam aeternam pariens in corde. Id sentit cum ait Regnū Dei est iustitia, pax et gaudium in Spiritu sancto. Docet itaque hic locus veros cultus non esse exteriores observationes rituum sed Spirituales motus cordis, fidem, invocationem, patientiam, timorem, gaudium conscientiae, gratiarum actionem, dilectionem, & similes motus Sicut & Christus in Iohanne concionatus apud mulierculam, quae quidem in eodem errore erat, quod putabat in loco certo et certe ritu Deum invocandum esse. Hunc errorum eximite Christus cum inquit. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate, id est vere & ex corde. Ex hac definitione ratiocinatur Paulus. Fides, pax, concordia, sunt necessariae cultus. Debent autem cedere necessariae, non necessaria. Quare nec fides nec concordia proprie ceremonias dierum, ciborum, vestium aut similes, ledi debet. Est et haec particularia obseruanda, quod addit, eum qui ista quae proprias ad regnum Christi pertinent, tenet Deo placere, & apud homines probari. seu probum duci, ac laudari.

Admos  
net

## IN XIII. CAP. AD ROMA

Nec enim ut discamus vereri hominum iudicia, ac demus operam ut nostri boni mores ornent Euangelium & alios ad Euangelium inuitent, sicut scriptum est. Luceat lux vestra coram hominibus &c.

Quidquid non est ex fide, peccatum est.

Iterum repetit periculum dubitationis id est grauissime exaggerat. & tradit regulam memorabilem & latissime potentem. Quidquid non est ex fide, peccatum est. Hoc dictum sic interpretantur. Quidquid sit contra conscientiam, peccatum est. Hoc cum imperiti audiunt, tantum de lege intelligunt. Quidquid sit contra legem, peccatum est. Ut furtum sit contra legem, ideo peccatum est & contra conscientiam. Haec interpretatio vera & necessaria est. Sed cum Paulus fidem nominat, requirit non solum, ne agatur contra legem, sed etiam ut opera lege mandata aut concessa, fiant in fide, hoc est, ut imperi statuamus nos habere Deum propitium per misericordiam, propter Christum, nec quidquam faciamus, quod istam fidem nobis excusat. Nam cum dicitur bonum opus in fide faciendum esse. non

## IN XIII. CAP. AD ROMA

non tantum intelligitur fides hystorica, aut nos  
titia legis, sed illa fides, quæ est fidutia miseri-  
cordiæ, quod Deus sit nobis propicius pro-  
pter Christum.

Sed quæreret aliquis. Quomodo sciemus  
singula opera Deo placere, præsertim cum eti-  
am bona opera contagione concupiscentiæ  
contaminentur? Respondeo. Ut hæc regula  
Pauli facilius intelligatur, fides referatur ad  
personam, lex ad opus. Opera quæ habent  
præceptum Dei, ita placent Deo, si persona se-  
tiat se habere Deum propitium non propriæ  
opus illud, sed per misericordiam propriæ  
Christum. Et quia hæc fides confidit misericor-  
dia Dei, promissa propter Christum, conse-  
quitur ut Deus approbet personam & opus

Aduersarij nostri docent homines neç de-  
bere neç posse scire, vtrum sint in gratia. Po-  
stea tamen varia signa quærunt, vnde conje-  
cturam iubent facere, vtrum simus in gratia.  
Hæc persuasio funditus tollit doctrinam de  
fide. Nam qui non statuit se esse in gratia, nec  
statuit se habere remissionem peccatorum, nec  
statuit se exaudiri à Deo, nec statuit se saluari.  
Quare illa pernicioſa opinio in vniuersum  
cola

## COMMENT. PHIL. MEL.

tollit omnia beneficia Christi, omnem conso-  
lationem conscientiarum, exercitia fidei, inuo-  
cationem, & verum cultum Dei. Et confirs-  
mat impietatem & contemptum Dei in cor-  
dibus hominum. Quomodo enim inuo-  
care Deum possunt hi, qui non audent statue-  
re sibi remitti peccata, & se exaudiri. Deniq;  
affert desperationem, odium Dei & infernum.  
Sed inde orta est hæc præsualatio. Naturaliter  
hæret hæc dubitatio in omnium hominum  
anima, utrum Deus sit nobis placatus, utru-  
nos exaudiatur. Ac naturaliter non statuerunt hu-  
manæ mentes certò nobis remitti peccata. De-  
um nobis placatum esse, nos exaudiiri. Cum  
hanc dubitationem in animis depræhenderent  
scholastici doctores, affinxerūt quòd non o-  
porteat homines statuere certò quòd sint in  
gratia, quòd habeant remissionem peccatorū,  
quòd habeant Deum propitium. Sed recla-  
mat totum Euangeliū quòd iubet certò sta-  
tuere, quòd Deus velit gratis remittere pec-  
cata propter Christum, quòd velit esse pro-  
pitius, quòd velit exaudire. Et hanc certi-  
tudinem requirit Paulus supra, cum ait.  
Quomodo inuocabunt in quem non credi-  
derunt. Et Christus. Mathei. xij. Si ha-  
bueritis fidem, & non dubitaueritis, non  
solum

## COMMENT. PHIL. MEL.

solum hoc de sicu facietis, sed etiam si monte  
huic dixeritis, Cede & iactes te in mare, fieri  
Et quidquid petieritis in oratione credentes,  
accipieris. Et Iacob. I Postulet autem in fide,  
nihil hæsitans. Et Paulus hoc loco. Quidquid  
nō est ex fide, peccatum est. Docet enim in o-  
mni vita, omnib⁹ actionibus hanc fidem re-  
nendā esse, quod Deus verò nobis propiti⁹  
fit, propter Christum.

Sed dicat aliquis, nos magnifice prædicare  
de certitudine conscientiæ, & tamen re ipsa  
vnumquęc in animo experiri quod neq; sci-  
at, neq; statuere possit se esse in gratia. Ad hoc  
respondendum est. Verum est hanc dubitati-  
onem in animis hominum naturaliter hærere  
Sed cum illa dubitatione perpetuo luctandū  
est, & mens erigenda fide, contra eam dubita-  
tionem. Ideo enim de fide docet Euangeliū  
ut nos contra eam dubitationem confirmem.  
Hi simpliciter totum Euangelium abrogant  
qui dubitare iubent. Quid enim tam pugnat  
cum fide quam dubitatio. Porro efficiuntur  
certi nos esse in gratia, non iudicio sensuum  
aut rationis, sed cum fide nos contra natura-  
lem diffidentiam erigimus. Hoc est illud ipsius  
fidei exercitium, quod in omni oratione  
in omni inuocatione, in omni tentatione, in  
omni

## IN.XIII. CAP. AD ROMA.

Omni periculo, experfundum est. Nihil enim valet oratio cum dubitat animus, vtrum Deus exaudiatur, vtrum Deus velit misereri. Imo sine hac fide orare, est ludere, & irridere Deum.

Secundo. Cum hanc certitudinem quærimus non debem⁹ eam à nostra qualitatæ, sed à promissiōe diuina sumere. Haec est obiectū & cauſa certitudinis illius. Scholastic⁹ iubet intueri nostras qualitates, & gratiam vocant qualitatem in nobis hærentem, sicut in corpore color hæret. Sed id est docere fidutiam propriae iustitiae, si quis iubeat confidere propria munditia. Fides intuetur promissionem & certam misericordiam Dei, non nititur propria munditia. Sic igitur certò statuendū est quod Deus remiserit peccata, quia certò promisit se gratis remissurum propter Christum. Sic statuendum est, quod Deus sit propitius, quod velit dare vitam æternam, quia id certò propter Christum gratis promisit. Impiū est autē de promissione diuina dubitare, Ideo oportet fide vinci dubitationem quæ natura liter in nobis existit. Nam hæc certitudo protinus necessaria est, Et hanc fidem experiri in certaminibus conscientiæ oportet, cuius exercen-

COMMENT. MEL. PHIL.

occasione in invocatione p̄erbent omnis generis pericula atq; tentationes. Si quis negat si bi Deum velle ignoscere, si quis negat Deum velle exaudire, velle saluare, is negat Deum veracem esse, ac ruit in desperationem.

Postremo, cum excitatur fides, intuens in promissionem, simul accidit ut nos etiam in cordibus fidem atq; consolationem, hoc est conscientiae tranquillitatem sent iamus. Itaq; sola quidem promissio & causa et obiectū est certitudinis. Et tamen in nobis etiam consolationem diuinam experimur, cum fide erigimur, sicut Paulus ait Spiritus Sanctus dat testimonium spiritui nostro, clamans Abba pater. Quanquam autem in afflictione consolationem experimur cum fide erigimur, tamen cum illa certitudo queritur, non iudicemus ex nostra qualitate, seu nostris motib<sup>9</sup>, sed ex promissione diuina. Hanc sciamus esse causā certitudinis. Interim tamen fiet, cum promissione nos erigimus, ut fidei robur aut imbecillitatem sentiamus. Scholasticos in hac re falsi nihil mirum est, primum quia gratiam intelligunt esse nostram dilectionem, non fauorem Dei erga nos in promissione ostensum. Porro dilectio nostra etiam si qua sentitur, <sup>ca</sup>men

## IN. XIII. CAP. AD ROMA.

mei non reddit nos certos de voluntate Dei,  
cum simul sentiamus hanc dilectionem pro-  
cul abesse à perfectione quam lex Dei requi-  
rit, ac sentiamus in corde multas prauas  
cupiditates, & impios motus existere. Secun-  
do cum promissionem remissionis peccato-  
rum doceant conditionalem esse, ac pendere,  
ex conditione nostrorum operum, non pos-  
sunt hanc certitudinem aut quærere, aut in-  
telligere, quia iudicio ipsorum promissio pē-  
det ex conditione legis. Itaq; non docuerunt  
certitudinem pendere ex promissione Dei, sed  
ex nostra mundicie. Cum autem semper de-  
prehendamus in nobis viciosos affectus, pa-  
lam docent dubitandum esse de remissione  
peccatorum. Postremo neq; de hac fide, quæ  
sentit gratis nos propter Christum pronunci-  
ari iustos, non propter nostram mundiciem,  
neq; de certitudine illa, quam fides requirit,  
quidquam suspicari potuerunt. Extat in quar-  
to sententiarum quæstio, vnde sciat homo se  
habere remissionem peccatorum. Hic primū  
aperte iubent dubitare, postea tamen collis-  
gunt coniecturas ex quibus fingunt existi-  
mandum esse virum sim? in gratia, videlicet  
si sentiamus nos orare ardenter, libenter  
largiri egentibus, iniurias æquiore animo

h ij ferre

## COMMENT. PHIL. MEL.

animo ferre & hoc genus alia quædam. Hæ  
imaginationes prorsus euertunt fidem, non  
enim alunt fidutiam Dei, sed nostræ puritatis  
Et tamen relinquunt re ipsa mentes dubias. ac  
dubitatio in tentatione parit odium Dei &  
desperationem, ut supra dictum est. Nos igit  
tur discamus, mandatum Euangeliū esse, ut  
certò statuamus nobis remitti peccata. & gra  
tis remitti propter Christum, & ut hanc certis  
eudinem consequamur, ac retineamus perpe  
tuo dimicandū esse, cum ea dubitatione, qua  
naturaliter hæret in animis, & huius certis  
eudinis caussam esse non nostram qualitatem  
sed promissionem Dei quæ gratis, non  
propter legem & opera nostra, pro  
mittit reconciliationem pro  
pter Christum.

## CAP V T      XV.

Debemus autem nos firmi infirmi  
tates imbecillium tolerare,  
Aposto

## IN XV.CAP.AD ROMA



POSTROPHE EST AD FOR  
tiores, in qua alteram ex superio  
ribus propositionibus repetit. nā  
cum ante viriq; parti concionatus  
sit, nunc docet eam partem, à qua plus pru-  
dentiæ atq; æquitatis requiritur. Videlicet do-  
ctiores. Postulat enim vt suum robur magis  
in tolerādis, q̄ perturbandis infirmis declarēt.  
sicut ad Corinthios scripsit admonens doctos,  
vt habeāt rationē indoctorū cū ait, scientia in-  
flat dilectio edifica. Apparet em̄ tūc q̄q; docti  
ores statim in v̄su libertatis, doctrinā suā ostē-  
tasse, sicut sit nostris temporibus. At Paulus  
contra fieri postulat, vt docti inorem gerant  
indoctis, & sua commoditate inuitent ad E-  
vangelium imbecilles, & erigant atq; confir-  
ment. Nam cum vires nostras non ad nocen-  
dum, sed ad iuuandois alios conferre debeat-  
mus, quo quisq; dotes habet maiores, eo ma-  
gis operam dare debebit vt prospicit alijs.

Addit autem particulam. Vnusquisq; no-  
strum proximo profit ad bonum & ad ædifi-  
cationem. Hic admonet quomodo moderari  
v̄sum libertatis, et quæ scandala vitare debeat-  
mus. Duplex enim scandalum est, quoddam  
h ij vo

## COMMENT. PHIL. MEL.

vocant acceptum, nos pharisaicum vocabis  
mus, cum videlicet non fratres, sed Euangeli  
hostes irritantur, cum aut docetur sana doctri  
na, ac reprehenditur impia ipsorum doctri  
na, aut sit aliquid bonum ac necessarium o  
pus, vbi hypocritæ putant sibi nocere exem  
plum, sicut offenduntur Pharisei in Euange  
lio, cū Christ⁹ in sabbato medetur ægrotis.  
Cum autem Paulus ait, præstandum esse ut  
placeamus alijs ad bonum & ad ædificatio  
nem, non vult impietatem hypocitarum no  
stra dissimulatione confirmari, sed vel inuitis  
illis doctrina necessaria tradenda est, & opera  
à Deo mandata facienda. Exempla sunt vbiq  
obvia in scripturis. In mutationibus regno  
rum & rerum publicarum, nihil scandalis ac  
mali non inest. Et tamen Moisen oportuit mā  
dato Dei parere. Apostolos oportuit Euange  
lium docere etiam si id prohiberent pontifi  
ces, & satis appareret vniuersæ illi reip. maxi  
mam mutationem allaturum esse. Aduersus  
hæc scandalis munit conscientias nostras sen  
tentia illa. Oportet Deo magis obedire quam  
hominibus. Ac in genere de doctrina sic senti  
endum est, quod & apud hostes Euangeli,  
& apud hos qui fratres perhiberi volunt, do  
ctrina

## IN XV. CAP. AD ROMA

etrina necessaria dissimulari non debeat propter scandalum. Fides enim dilectioni anteferenda est.

Aliud scandali genus est, quod vocant datum quo fratres offenduntur. Est autem vel mala doctrina vel malum exemplum quod nocet alijs, siue quia alij imitantur, siue quia leditur gloria Dei aut Ecclesiæ. Etenim non solum hostes Euangelij, sed etiam infirmi fratres, mouentur malis exemplis ad maledicendum Ecclesiæ, & Euangelio, & ipsi Christo. Ad hoc scandali genus pertinet & opus indifferens intempestive factum, vbi nocet alijs exemplum, sicut usus libertatis in vulgo, quod libertate effuderatur, aut apud infirmos, qui cum non satis intelligant causas libertatis, abstinentur ab Euangelio ac iudicant doctrinæ genus prophani esse, aut dubitante conscientia imitantur exempla libertatis. De hoc genere proprie docet nos hoc loco Paulus. Iubet fratribus morigerari ad bonum & ad ædificationem, hoc est, iubet ut nostra commodditate inuitemus alios ad Euangelium & infirmos erigamus omnib⁹ officijs, vt possint in Christi cognitione crescere ac proficere. Vbi videntur viu libertatis abstrerreri ab Euangelio, tantisper non vitamur libertate donec h̄ iſī iſī

## COMMENT. PHIL. MEL.

isti melius doceantur. Ac sunt fratres non hypocritæ, aut Epicurei, qui sanam doctrinam opprimunt, aut occidunt pia docentes, sed qui doceri se patiuntur. Nam apud hostes Euangeliū interdum ad confessionem pertinet, ostendere libertatis exemplum, quæ admodū Paulus se fecisse scribit ad Galatas. Et Christus apostolos excusat violantes traditionem Pharisaicam Matth. xv. Nam id quod Pharisaicum scandalum est, cum hostes Euangeliū offenduntur exēplis libertatis, quæ sunt testimonia doctrinæ. Talibus offensionibus non vult nos perturbari Christus, cum ait, finite eos. Cœci sunt, & duces cœcorū. Quia enim Pharisei suas traditiones cum impensis opinionibus requirunt, iure omitti possunt, ut supra dictum est. Sed quoniam apud hostes interdum quidam sanabiles sunt, placet mihi hic quoque mediocritas, amo enim peripateticam doctrinam, quæ laudat in omnibus externis officijs, & hac consuetudine viae mediocritatem, videlicet ut apud hos quod ita moderemur usum libertatis, ne desiderari in nobis humanitas possit, né ue temere exactimus tumultus. Ac sapientissimus vir Ios. crates ait, cum medium ipsum attingere sit difficillimum, satius esse in eam partem delinqueret, ut

## IN XV. CAP. AD ROMA.

re ut, mimus ausimur quām opus est, quām  
in alteram, in qua plus est audaciæ· quod uti  
nam in hoc negotio cōsideraretur, quod peri  
culi plenum est. Verba eius ascribam si quis  
forte præceptum hoc magis amabit propter  
tanti viri autoritatem. ἔρατισον μὲν τῆς ἀκμῆς τὸν  
πολὺρρητόν τυγχάνειν ἐπειδὴ δὲ μυστικαταμαθήτως ἔχουσιν  
μετέπειταν αἰροῦ μὲν μῆτραν οὐδὲν , ἀλλὰ γέρεν μετρίον τηλεού-  
μελλορι ἵν τῶν οὐδεὶς μέταστος τῶν σύνπερβολῶν οὐχίνουσιν.

Quod si virtus verè est mediocritas quæ  
dam iuxta proportionem geometricam, vt sc̄  
it Aristoteles, natura nos ipsa hoc docet defe-  
ctūm magis congruere mediocritati, quā ex-  
uberantiam. Nam in proportione geometri-  
ca medius numerus propior est minimo quā  
maximo, qđ attinet ad multitudinem, vt. ij.  
āij. viij. Quis enim non videt quaternarium  
longius ab octonario, quam à binario.

Et enim Christus non placuit si-  
bi ipsi:

Addit præcepto rationem ab exemplo Ch-  
risti sumptam, quæ est satis perspicua. Postea  
commendat nobis diuinas scripturas, & tra-  
dit præceptum valde utile de usu scriptura-  
rum, cum iubet ut per patientiam & conso-  
lationem scripturarum, spem teneamus. Ma-  
h v gnam

## COMMENT. PHIEL.MEL.

gnam vim habet hoc præceptum, Si experiamur in temptationibus, Est enim sententia, non alias revelationes, non alias illuminationes quærendas aut expectandas esse de cœlo, Sed cū angimur, ad hoc verbum quod audim⁹ aut legimus præscriptum in sacris libris respiciendum esse, et sentiendum quod promissiones in genere credentibus propositæ, verē ad nos quoq; pertineant. Hoc verbo fides ac spes erigi debent, & sciendum est, nobis quoq; hic promissam esse consolationem, ac deū per hoc verbum efficacem esse. Quidam fanatici vociferantur nos tribuere verbis scripturæ vim quandam magicam, & ablegatis scripturis iubent quærere voluntatem dei in alijs quibusdam cogitationibus, Sed res ostendit illos ignorare, quid sit fides, Deus enim vult in verbo suo quæri, non extra verbū in humanis imaginationibus. Nec tribuimus verbis aliquam vim magicam, sed voluntatem dei non posse cognosci nisi per verbū sentimus. Itaq; in omnib⁹ afflictionibus decursum est ad verbum Dei, Sicut & Paulus ad Ephesios præcipit. Nam fides est cognitio voluntatis Dei, cum sit fidutia misericordiæ ac beueolentiæ Dei.

Præterea nihil fallacius est imaginatio-

nibus

## IN XV. CAP. AD. ROMA.

nibus humanis extra verbū. quod cum ē cōspectu summotū est, mens obruitur ratio-  
nibus, quae iubent homīnes desperare, Ha-  
bent & Iudei et Ethnici cogitationes dē Deo,  
& quidem prædicant eum esse bonum ac mi-  
sericordem. Sed in agone conscientiæ obru-  
untur argumētis quæ iubēt eos desperare, q̄a  
nō apprehendunt firmā et certā pmissionem,  
in qua deus pollicet se gratis velle ignoscere.  
Fanatici iactāt spiritū suū, & magnos motus  
in animis effici à spiritu fingunt sine vorbo  
Dei. At Paul⁹ cōtra aperte ait, fides ex auditu  
est, Audit⁹ p̄ verbū dei, Quare spirit⁹ fact⁹ p̄  
verbū efficax est. Sed q̄ sec⁹ sentiūt, ociosis ani-  
mis philosophat nec cōsiderat, qmō cōsciētiæ  
in veris certāinib⁹ erigēdæ atq̄ cōsolādæ sint.

Paulus coniungit patientiam & spē, vt si-  
gnificet quid inter sit inter philosophicam pa-  
tientiam, & Christianam. Nam vt discernam  
planè & simpliciter, Philosophica patiētia est  
sine fide & spe auxiliij diuini. Et si qua est phi-  
losophica patientia, tamen in iuditio dei fran-  
gitur & superatur, cum sentit æternam iram  
Dei, Fortassis in alijs calamitatibus aduersus  
homines aliquantulum valet. Est enim ob-  
edientia qua constanter paremus rectæ ra-  
tioni, ne dolore fracti aliquid contra ho-  
nestas

## COMMENT. PHILIP MEL.

honestatem faciamus. At Christiana patientia duas res continet, Obedientiam erga deum, & fidem, quae expectat & sperat auxiliū diuinum.

### Deus patientiae.

Votū seu præcatio est quæ est παρεκκλισία ad conclusionem huius loci de vīsu cæremoniarum. præcatur enim virisq; dari studiū pacis & concordiæ. Vocat deum patientiæ, quæ si dicat, deū patientium ,hoc est respiciētiem patientes & consolantem, sicut sæpe alias scriptura dicit. Psal. xxxiiij. ppe est dñs his qui tribulato sunt corde, & humiles Spiritu salubrit. Psalmo .x. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Psalmo .xij. Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit Domin⁹. Psalmo .c.xlv Alleuat dominus omnes qui corrunt, & erigit omnes elisos. Psalmo .l. Inuoca me in die tribulationis & eripiam te &c. Has sententias & similes nobis inculcem⁹, & ad nos quoq; pertinere statuamus, et talibus promissionibus fidem in nobis excitemus, alamus, atq; confirmemus, Nam hoc exercitiū generē fides alitur & corroboratur.

Ideo assūmīte vos mutuo, sicut & Christ⁹

IN XV. CAP. AD ROMA:

Christus assumpsit nos,

Hæc est conclusio totius loci de vſu cæremoniarum, in quo adhortatur gentes & Iudeos ad concordiam, Et allegat exemplū Christi quod supra proposuit, qui cum sit filius Dei, tamen amantissime nos miseros & indignos complexus est, sua morte nos redemit, suo beneficio seruat. Id exēplum iubet nos imitari, ut mutuo nos complectemur, nec propter dissimilitudinem rituum, transquillitatem Ecclesiæ & concordiam labeficer sinamus. Et quia tunc erat inter gentes ac Iudeos præcipue hæc controuersia de ritibus, iterum inculcat Iudeis testimonia, quæ ostendunt Euangelium etiam ad gentes pertinere, quare iudei non debeant aspernari gentes, sed velut fratres & verè populum Dei compleat. Iterum et gentes confirmat his testimonijs, ne dubitent Christi beneficia ad se pertinere.

Citat autem inter cæteros locos & sententiam ex Eſaia sumptam, quam ſuo more recitat iuxta translationem Septuaginta interpretum.

Nec tamen sententia græcae lectionis ab Hebreica discrepat, ac ne verbis quidem multū diſſonat. Hebrei ſic legunt. Et erit illo die radix leſſe, quæ ſtabit, ut ſit ſignum populis, gentes eam requirent, & erit mors eius glorioſa

Quod

## COMMENT. PHIL. MEL.

Quod hic legitur, stabit ut sit signum populis, græci verterunt, erigetur ut imperet gentibus, verbum enim Hebraicum quod hic, signum, vertim⁹, significat vexilla et trophyæ & similia monumenta. Intelligit enim Christum ducem ac victorem fore, sub cuius vexillo tuti erimus, cuius praesidio tegemur ac defendemur aduersus sunima mala, peccatum, iram Dei, inferos, & aduersus potentiam diaboli. Et quod Hebræ⁹ habet, g̃etes eam regrent, idem est quod ait græcus, gentes in eos sperabunt. Nam qui ab aliquo auxilium et salutem expetunt, sperant, & expectant, concurrunt & confugiunt ad eum, id Hebræus dixit, requirent eum. Ita si quis dextre interpretetur græcam lectionem, videbit sententiam cum Hebraica omnino congruere. Pulchre autem depingit hæc sententia resurrectionem & regnum Christi. Quod enim dicit Erit mors eius gloriosa, significat eum non peritum in morte, sicut alij reges cum moriuntur, amittunt regna. Athic rex per mortem occupabit regnum, & post mortem vere ac gloriose regnabit. Nam etiam post mortem erit signum populis, gentes ad eum cōcurrent, auxilium & salutem ab eo expectabunt. Quare reuiuiscer post mortem, nec erit oculos, Sed defen-

## IN XV. CAP. AD ROMA

defenderet gubernabit, & seruabit eos, qui ad ipsum confugient. Atque ita solent Prophetæ subindicare Christi resurrectionem, quia testantur futurum ut perpetuo adorent eum homines. ut Psalmo lxxij. Et timebunt eum dominus nec erit sol & luna. Item. Tu es sacerdos in aeternum. Necesse enim erat Christum resuscitari ex morte, siquidem perpetuo regnaturus erat. Nam in hac mortali vita nullus rex perpetuo vivit, aut regnat. Deinde significatur hoc quoque regnum Christi fore, non mundum sed coeleste in quo diuinitus res geret, in quo Dei voluntas ad nos perferetur. Porro sententia tristis esset, si tale regnum describeret, in quo tantum proponerentur minae de iudicio Dei aduersus homines. Itaque longe a liter hic describitur regnum Christi. Ingens consolatio in his verbis suauissime proponitur. In eo gentes sperabunt. Erit igitur regnum Christi, non regnum exitij et perditionis sed regnum spei & salutis. Venit Christus non ut damnet, non ut perdat, sed ut seruet ac restituat nos, iam ante damnatos et ad iudicatos mortis.

Nam hoc regnum nouum ideo constitutum est, ut sit potius regno peccati et legis. Et cum lex antea edita sit, in qua ira Dei aduersus peccatum ostensa est, non iam venit Christus

## COMMENT. PHIL. MEL.

ut legē afferat, in q̄ rursus cōdemnet nos, sed  
aduersus illā cōdemnationē afferat pmissionē  
& consolationem. Itaq; et si terrent nos pecca-  
ta nostra, tamen sciamus hunc Christum pro-  
positum esse ut speremus salutem. Hoc pontif  
fice habem⁹ deū placatū. Hic dux teget nos ad  
uers⁹ diabolū, aduersus mortē, aduersus mū  
di sœvitiam. Quare in omnibus afflictionib⁹  
ad hunc versiculū respiciamus. In eo gentes  
sperabunt, & sciamus auxilium & salutem  
a Christo petenda m & expectandam esse. At  
q; illud ipsum vult particula stabit ut sit si-  
gnum populis, hoc est regnabit & ad ipsum  
velut ad vexillum victoris respicient & con-  
fugient homines, & hoc ducet ac victore defen-  
dentur. Iam illud etiam indicat quale sit futu-  
rum regnum Christi cum ait sperabunt. signi-  
ficat eī nos hic spe sustentari. Quare interim  
in hoc mundo affligimur & duriter exerce-  
mur, & tamen defendimur ac eripimur per  
Christū. Sed hic exiguus versiculus tam mul-  
ta complectitur, ut enumerare omnia difficile  
sit, tantum abest ut explicare me posse confia-  
dam. Illud etiam adjiciendū est, quod descri-  
bit in regno Christi summus cultus esse, spe-  
rare in eum. Id egregium fidei præconiū est,  
quod deus præcipue coli vult hac spe & fidu-

## IN. XV. CAP. AD ROMA.

tia misericordiæ. & continet magnam consolationem. Cum enim hanc spem requirat aduersus iram profecto odit, & prohibet despirationem. Præterea tribuit hic versicul<sup>9</sup> Christo diuinam potentiam, iubet inuocare Christum non regnante visibiliter. Iubet in eū sperare. Id certe est tribuere ei diuinam potentiam quod exaudiat, quod sit efficax in nobis cum tamen non versetur nobiscum, visibili & mortali consuetudine. Sed non possum euoluere omnia quæ hic Eſaiæ locus continet. Hæc dixi ut illa præcipua particula lectorem admonerem, eamq; velut in illustriore loco ponerem quod docet nos regnum Christi, nō esse regnum exitij & perditionis, sed regnum spei ac salutis.

Certus sum autem fratres mei,

Absoluto hoc toto loco de vſu cæremoniarum, quia videri poterat vehementius obiurgasse, aut certe notasse tum abutentes libertate, tum alios morosos, qui per superstitionem iniquiores & asperiores erant bonis libertate vtentibus, addit excusationem qua rursum mitigat vniuersum coetum eius Ecclesie. Nam hæc excusatio libertatis, meo iudicio

## COMMENT. MEL. PHIL.

Juditio proprie pertinet ad hunc locum de v  
su cæmeroniarum, in quo & si breuis est ora  
tio, tamen si quis obseruabit verborum pon  
dera, sentiet non molliter virosc⁹ castigari, vi  
delicet, & præferoces illos qui vbiq⁹ libi vo  
lunt omnia licere, & istos Timones qui cære  
monias superficioſa quadam & Iudaica dili  
gētia obseruari postulant, vbi si quem offen  
dit, hic rufus ciuiliter placat, idq⁹ ita facit. Cū  
benevolētiam conciliet imprimis honorifica  
de eo, qui cum agimus, opinio, primum tria  
buit eis laudem & bonitatis, et doctrinæ, de  
inde ostendit se officio adductum, nō tam vt  
doceret eos, quām vt admoneret doctos. Nā  
verbum admonendi minus habet offēſionis.  
Cumq⁹ officij mentionem fecit, obiter com  
memorat quām late ſparſerit Euangeliū, et  
vt fidem habeant, suæ doctrinæ, allegat et mi  
racula quæ comprobant doctrinam. quæ me  
minifſe debemus, vt ſciamus nos tuto poſſe  
aſſentiri Pauli doctrinæ, tāq⁹ verbo dei, ac cer  
tò ſciam⁹ pauli doctrinā à deo approbatā eſſe

Cæterum hic iterum alludit ad locum co  
munem de ſacrificio, cum ait ſe ſacrificare Euā  
gelium &c. Dixi autem ſupra ſacrificium ei  
ſe opus quod nos Deo reddimus, vt eum ho  
nore afficiamus, ac fatcamur cum verè Deū  
eſſe,

## IV. XIII. CAP. AD ROMA.

esse, qui nos exaudiat &c. Cum autem nos  
vum testamentum requirat veram notitiam  
Dei, & iustitiam cordis. Affert enim cum vi-  
ta æterna, sapientiam & iustitiam æternam,  
habet hostias, non mortuas pecudes, sed res  
viuas ac perpetuas, hoc est corda quæ offerat  
notitiam Dei, timorem, fidem, invocationem,  
prædicationem Euangeli & beneficiorum dei,  
gratiarum actionem, confessionem, patientiam  
& similes motus obedientes legi Dei. Et hæc  
significata sunt in cæremonijs Leuiticis. Nunc  
autem nouum testamentum, quia non conti-  
net umbras, sed sapientiam & iustitiam cor-  
dis, non habet cæremonias quæ sunt sacrificia  
ex opere operato. In lege Leuitæ præparabat  
hostias, & mactabant pecudes. Sacerdotes  
vero offerebant. Ita in nouo testamento mini-  
stri Euangeli, et offerunt ipso, & alias hostias  
præparant. Cum enim docent Euangelium  
& prædicant misericordiam Dei, cum invoca-  
nt Deum, cum agunt gratias, verè sacrificat  
& offerunt Deo laudem. & fatentur eum ve-  
rè esse Deum & saluatorem sicut ad Hebræos  
scriptum est. Per ipsum offeramus hostias  
laudis semper Deo, id est fructum labiorum co-  
fidentium nomini eius. Deinde cum do-  
cent, præparant etiam alias hostias, Nam

## COMMENT. PHIL. MEL.

Hui qui credunt Euangelio sunt etiam hostiae,  
mortificantur hoc est perterrefiunt agnito peccato,  
& viuificantur, eriguntur, fidutia misericordiae Dei,  
& agnoscunt Deum, itaque offerunt ei invocationem, gratiarum actionem,  
confessionem, patientiam & similes virtutes.  
hae hostiae sunt acceptae Deo propter pontificem  
Christum, quem auditio apprehendunt tanquam  
mediatorem. Hinc facile intelligi potest  
quare hac figura delectatus sit, *τιμησούσας την ιερατείαν*, sacrificantem Euangelium, voluit  
enim admonere quae sint verae hostiae noui  
testamenti. Et quod addit, ut oblatio gentium fiat accepta, et si ambigue dictum  
videtur, tamen sententiae inter se sunt affines,  
ut Gentes oblatae per me, hoc est preparatae tanquam hostiae, siant acceptae. Aut hoc modo,  
ut Gentes iam offerentes, hoc est, credentes &  
invocantes Deum, siant acceptae. Nam & ipsae  
Gentes preparatae et ut ita dicam consecratae  
offerunt suas hostias. Itaque res eodem redit  
dicit enim in summa, se ubique spargere Euangeliū,  
ut Gentes agnoscat Christum, & siant populus  
Dei, & hostiae, ac invocent & celebrant  
Deum. Quod vero addit sanctificata in spiritu  
sancto, iterum docet in novo testamento officia

## IN XV.CAP.AD ROMA

tia externa non esse sacrificia, nec placere deo ex opere operato. Sic enim oblatio Gentium est accepta, inquit, si sit sanctificata spiritu sancto, id est, si Gentes offerat spirituales motus, timorem Dei, & fidutiam misericordiae Dei.

Obseruemus autem hic honestissimas laudes ministerij verbi, quod videlicet Euāgeliū prædicatio, enarratio, tractatio sint sacrificia necessaria noui testamenti. Id cōsolari debet et docentes et discentes Euāgeliū inter tot molestias, quae vtrisq; perpetiendae sunt. Doctores sciant hunc cultum Dei necessarium esse, sciēt eum propter gloriam Dei præstandum esse, sciāt eum Deo placere, etiam si homines alij negligenter audiunt Euangelium, alij cōtemnunt, alij etiam persequuntur. Meminerint & hi qui discunt Euangelium, hoc studiū discendi Euāgeliū cultum Dei esse, quem & requirit & approbat Deus. Videmus enim quām sāuere hoc præcipiat Deus, cū ait de filio. Hunc audite. Quare hoc officium, hunc cultum Deo præstare necesse est. Proinde etiam si in alijs artibus versamur, tamen, sicut agricolæ sui laboris primitias Deo consecrare in lege iubentur, ita nos partem operæ ac studij consecremus Deo, & quanquām ma-

## COMMENT. PHIL. MEL.

gno in contemptu atq; odio sunt, qui postq;  
in literis humioribus &c alijs disciplinis co-  
munibus mediocriter versati sunt, totos se de-  
dunt studio sacrarum literarum, tamen hi q;  
q; consolentur se hac ratione, quod hoc studij  
genus sit necessarius cultus Dei, & ad glori-  
am Dei pertineat, modo ut pie tractetur. Qd  
si considerabunt facile contemnent iuditia  
istorum qui velut contagium procul fugiunt  
doctrinam Christianam, vel propter contem-  
ptum religionis, vel quia aliæ artes ma-  
gis quæstuosæ sunt. ac cæteros irrident om-  
nes, qui non abstinent à sacris literis omnino.

Nunc autē proficiscor in Ierusa-  
lem ut seruiam sanctis

Cum de suo officio diceret, obiter comme-  
morauit suas peregrinationes, et adiecit se Ro-  
mam etiam aliquando venturum esse, post  
quam ex Ierosolyma redierit, quo nunc pro-  
fici scilicet dicit, ut eo pecuniā afferat passim col-  
lectam ad iuuādos Christianos in iudea, qui  
bus fortunæ omnes erexitæ erant propter Eu-  
angelij professionem. Et sub Claudio Cæsa-  
re, cuius temporibus hæc Epistola à Paulo scri-  
pta est, fame grauissime laboratum est ferè in  
toto orbe, maximeq; in oriente. Tali tempora-

## IN XV. CAP. AD ROMA

re Christiani in Iudea præcipue indigebant aliena ope, quia facultatibus suis spoliati erāt. Discernit autem Paulus ab alijs eleemosinis hanc collatam, ad usus illorum qui primi do- tuerunt Euangelium. Nam hæc est verius merces debita doctoribus, ideo ait. Debitores eorum sunt, si enim gentes fruuntur spiritalibus bonis istorum, debent eis vicissim carnalia bona suppeditare. Admonet itaq; nos hoc loco Paulus, quid Euangelij doctoribus debeamus, qua de re sæpe concionatur in alijs Epistolis copiosissime. Cum autem ferrea quædam ætas nunc agatur in qua crudelissime tractantur hi qui docent & gubernant Ecclesias, duxi hic admonendos esse lectors, ut quid debeant gubernatoribus Ecclesiarum considerent, discant item, quā grates poenas minatus sit Deus his qui sacerdotes & doctores Ecclesiarum contemnunt, nec pro virili iuuant. Christus enim cum inquirat operarium mercede dignum esse, ostendit deberi sacerdotibus mercedem. quare hoc officium cum sit debitum magis requiritur à nobis, quam cæteræ eleemosinæ, quæ gratis dantur. Et alio in loco addit Christus magnificam promissionem Quisquis

## COMMENT. PHIL. MEL.

potum dederit vni ex minimis istis calicem <sup>ad</sup>  
quæ frigidæ, tantum in nomine discipuli, <sup>ad</sup>  
men dico vobis nō perdet mercedem suam.  
Si Christo credimus, hic declarerimus fidē nos-  
stram, & hac spe humanius & liberalius tra-  
temus sacerdotes, expectantes Christum  
haud dubie nobis cumulate redditurum es-  
se gratiam. Hoc officij genus meretur multa  
& magna premia, tum spiritualia, tum corre-  
poralia, pacem publicam, facultatum nostra-  
rum incrementa & defensionem. sicut Pau-  
lus docet ij. Corinth. ix. Et econtra huius offi-  
cij prætermissio punitur grauissimis poenit.,  
ut in Haggeo scriptum est. vbi De<sup>o</sup> ideo cor-  
ruptas esse segetes inquit, & præterea alias ca-  
lamitates accidisse, quia populus negligat te-  
plum & sacerdotes. Hæc enim sunt verba.  
Quia domus mea negligitur, & vos cumu-  
latis vnuſquisq; domi suæ. Propter hoc su-  
per vos prohibiti sunt cœli, ne darent rorem,  
& terra prohibita est ne daret germen &c.  
Quid autem nunc fit? sacerdotes alibi plus  
quam scithica crudelitate trucidantur, alibi  
penè coguntur fame perire cum miseris con-  
iugibus & paruis liberis. Populus non solū  
de suo nihil impertit eis, sed etiam pensiones  
quæ liberalitate maiorum Ecclesijs donatae  
sunt

## IN XV. CAP. AD ROMA.

Sunt ad alendos & doctores & scholasticos  
sacrarum literarum foede diripit. Quia in re  
duplex malum est. Nam & præsentes sacer-  
dotes fame necantur, & quia nulli de publis  
co aluntur qui discant sacras literas, paulo  
post defuturi sunt homines idonei ad Ecclesi-  
as docendas. Ea res interitum minatur vniuer-  
sæ religioni Christianæ. Quomodo enim co-  
seruari religio poterit, sine literarum studijs,  
sine idoneis doctoribus? Ita sacrilegi isti, non  
solum erga præfetes sacerdotes crudeles sūt,  
sed etiam vniuersam religionem Christianā,  
quantum in ipsis est, delere conantur. Veterū  
Principum leges atrocissimas poenas in sacri-  
legia constituunt, non vt imperiti iudicant su-  
perstitione aliqua, quasi Deus auro placari et  
coli velit, sed quod intelligebant sapientissi-  
mi principes ad studia doctrinæ Christianæ  
conseruanda, Ecclesiarum facultates retinen-  
das esse. Id enim rei pub. interest, non solum  
vt præsentibus sacerdotibus curetur victus,  
sed etiam vt doctrina Christiana propagetur  
ad posteros. Id aliter fieri nō potest, nisi de pu-  
blico alantur bona ingenia destinata studijs  
sacrarum literarum, vt ad posteros reliqui  
sint, qui recte docere possint. Necesse est enim  
hos de publico ali, sicut milites, quia dū huic

## COMMENT. PHIEL. MEL.

rei operam dant, non possunt alias quæstuous  
sas artes discere, quare victum, nisi de publico,  
habere non possunt. Ideo Paulus grauissi-  
me dixit, comparans cum militibus hunc or-  
dinem, tum docentium. Nemo militat suis  
stipendijs. Significat enim publicis stipendijs  
alendos esse hos qui Ecclesiæ seruit. Sed hæc  
frustra declamamus his miserrimis temporis-  
bus, quibus iacet oppressa multiplici tyranni-  
de religio Christiana Boni tamen hoc magis  
admonendi sunt, ne exemplis illis adducan-  
tur, ut ipsi quoq; parum reuerenter sentiant  
de sacerdotibus. Vidiimus enim quantū hæc  
exempla vulgo noceant. Quare hæc nobis ip-  
si sæpe subijcam⁹, sæpe hæc inculcam⁹ popu-  
lo, Magna nos mereri præmia, si sacerdores  
benigne tractemus, si liberaliter eos iuuem⁹,  
si Christi doctrinam fideliter ad posteros pro-  
pagari curemus. Ethorribiles poenas Deo da-  
turos esse istos, qui crudeles sunt in sacerdo-  
tes, qui recusant studia doctrinæ Christianæ  
suum. Viciissim & sui officij meminerint sa-  
cerdotes, ut recte doceant, ut conscientias am-  
bigentes sanent, ut commoditate morum ora-  
nent Euangeliū, non enim vocari sacerdos-  
tes merentur Epicurei isti, qui non solum nō  
docent Euangeliū, sed suauiter irrident ona-  
nes

IN XVI. CAP. AD. ROMA.

nes religiones, & interim sacra in quæstu ha-  
bent,

C A P V T      X V I .

HOC caput ferè totum cōsumitur in sa-  
lutationibus. Ac prodest hoc exemplū  
meminisse aduersus hypocritas quosdā,  
qui omnia humanitatis officia sanctis adi-  
munt. cum quidem hæc comitas significatio-  
nem habet Christianæ dilectionis, & vel præ-  
cipue deceat doctores. In fine admonet, ne ad-  
mittant néue audiant perniciosos doctores, et  
serentes doctrinam cum Euangeliō pugna-  
tem. Ut enim medicus cum remedia monstra-  
uit, iubet etiam cauere ea quæ videntur noc-  
tura. Ita apostolus postquam supra tradidit  
præcipuum locum doctrinæ Christianæ, hor-  
tatur ut sint circumspecti & aduigilent, ne  
qui obrepant ipsis doctores impari. Et ut caue-  
re facilius possint, artes indicat quibus impea-  
titos isti impostores circumueniunt. Dea-  
cipiunt inquit per χριστογράφου ἀλογίας, χρισ-  
τικο-

## COMMENT. PHILIP MEL.


τολογίαι haud dubie significant blandos sermones. Sunt autem blanditiæ & in moribus decentium & in ipso genere doctrinæ. Etenim quod ad mores attinet, hypocritæ isti gnauii ter norunt simulare comitatem, facilitatem, patientiam, norunt apte alludere ad eorum affectus, quibus cum agunt, Huius rei exempla facile est reperire apud monachos. Et hoc tempore Anabaptistæ, cum quidem multa docerant non solum falsa, sed etiam absurdæ & patetam abhorrentia à tota natura hominum, tandem animos hominum capiunt illa prodigiosa simulatione patientiae & modestiae. Habet alicubi suas blanditias etiam doctrina quæ & ipsa figurata interdum adulatur populo, ut cum vulgus intempestive leuatur oneribus traditionum. Cū homines ingeniosi solvantur vinculis dogmatum coelestium quæ rationi videntur absurdæ.


τολογίαι significant græcis laudationes sed Paulus Hæbraico more τολογίαι vocat benedictiones, hoc est bonas imprecatio[n]es, et magnificas promissiones. Nam hæ facilime infatuant animos spe, metu, & alijs affectibus occupatos. ut cum Annæ cultoribus promittitur diuitiæ, cum Monachi promittunt vitam æternam pro suis ritibus, cum promittunt felicitatem

## IN XVI. CAP. AD ROMA:

licitatem in omnibus negoçis pro sacrificio  
Missæ, Aduersus omnes huiusmodi insidias  
muniri oportet animos certa & firma cogni-  
tione verbi Dei. Sicut ait Petrus Benefacit  
attendentes propheticō sermoni, tanquam lu-  
cernæ lucenti in loco caliginoso, donec illuce-  
scat dies et oriatur lucifer in cordibus vestris.  
Deus itaq; gubernet corda nostra propt' Do-  
minus nostrum Iesum Christum Sp̄s,  
ritu sancto, vt Euangelium de cœ  
lo traditum retineamus, & in  
agnitione et fidutia Ch-  
risti proficiamus, et  
vt gloriam E-  
uangelij  
om-  
nibus p̄ijs officijs ornemus, et red-  
dat Ecclesiæ concordiam p̄i-  
am & perpetuam. A-  
men. Deo  
gratia.

EXCVDEBAT MARPVRGI IN  
Campo Elycio, Franciscus Rhodus, An-  
no. M. D. XXXIII.





10 66153